quorum alter sacrificia administravit, alter bello Israelitas duxit, verisimiliter ab eo sumta est Iacobi genealogia. Iacobus 87 annos natus genuit Levi. Rebecca oravit Isaac ut arcesseret Esavum et Iacobum eosque inter se conciliaret et adhortaretur simulque iureiurando obstringeret, ut pace uterentur et fraternae familiaritatis conditionem adamarent. id ille fecit et Esavo dixit, si contra Iacobum consurrexisset, ipsum in potestatem eius venturum. tum mortui sunt, prior Rebecca neque multo post Isaac relicto Iacobo primogeniti iure. filii autem Esavi patrem incitarunt contra Iacobum eiusque filios et cum aliis gentibus in bellum profecti sunt. ille autem clausis oppidi portis dixit Esavo ut eorum recordaretur, quae pater monuisset. quum vero ille se non contineret, sed etiam superbius se gereret, hortante Iuda Iacobus arcum tetendit et vulneratum dextra mamma Esavum prostravit. hoc mortuo Iacobi filii apertis portis ex urbe eruperunt et omnes fere trucidarunt.

Altero anno, quo Israelitae in Aegypto habitarunt, insignis sacerdos narratur praedixisse, liberum illo tempore Hebraeis natum Ae-

τὰ τικτόμενα βρέφη τῶν Ἑβραίων. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει Λευὶ γενόμενος τεσσαράκοντα πέντε ἐτῶν γεννᾷ τὸν Καάθ· Καὰθ γενόμενος ἑξήκοντα τριῶν ἐτῶν γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· Ἀβραὰμ γενόμενος ἑβδομήκοντα ἐτῶν γεννᾷ τὸν Μωϋσῆν. τὸν δὲ Ἀβραάμ φασι τὸν πατέρα Μωϋσέως εὔξασθαι τῷ θεῷ μὴ περιιδεῖν ἀπολλύμενον τὸ γένος τῶν Ἑβραίων· χρηματισθῆναι δὲ κατ' ὄναρ περὶ τῆς γενέσεως καὶ δυνάμεως τοῦ παιδίου Μωϋσέως, οὗ τεχθέντος καὶ ἐκθέτου γενομένου Θέρμουθις ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ ἀνείλετο. τοσοῦτον δὲ ἦν κάλλει ἀστεῖον τὸ παιδίον ὡς τοὺς ὁρῶντας αὐτὸ ἀμεταστρεπτὶ θαυμάζοντας ἐνορᾶν.

Ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς Χεττούρας γεννᾶται Ἰεξάν, ἐκ δὲ τοῦ Ἰεξὰν Δαδάμ, ἐκ δὲ τοῦ Δαδὰμ Ῥαγουὴλ καὶ Ἰοθὸρ ὁ καὶ Ἰωβάβ, ἐκ δὲ τοῦ Ἰοθὸρ Σεπφώρα, ἣν ἔγημε Μωϋσῆς, καθὼς ἱστορεῖ Δημήτριος, ὡς φάσκει Εὐσέβιος ἐν τῷ Χρονικῷ. Μωϋσῆς μὲν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομος, ἡ δὲ Σεπφώρα ἕκτη.

Μωϋσῆς ὢν ἐτῶν ὀγδοήκοντα ἀφηγεῖται τῆς ἐξόδου τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν τετρακοσίων τριάκοντα ἐτῶν τῆς παροικίας τῆς τε Χαναὰν καὶ τῆς Αἰγύπτου. σημειωτέον ὅτι δεῖ τὰ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη τῆς τοῦ λαοῦ παροικίας ἀριθμεῖσθαι οὕτως. τριακοστὸν ἄγων ἔτος ὁ Ἰωσὴφ ἐγχειρίζεται τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀρχήν. ἑπτὰ τοίνυν ἐνιαυτῶν τῆς εὐθη-

19. τῶν] διελθόντων τῶν?

gyptiorum regnum eversurum esse, qua Pharao infantes Hebraeorum interfici iussit. eo ipso altero anno Levi 45 annos natus genuit Kaath; hic 63 annos natus genuit Abraam; Abraam 70 annos natus genuit Mosen. Abraam, Mosis patrem, dicunt a deo precatum esse, ne negligeret gentem Hebraeorum pereuntem; tum somno certiorem factum esse fore ut filius ei nasceretur fortis, Moses. hunc natum expositumque Thermuthis, Pharaonis filia, suscepit; ita enim pulchritudine excellebat infans, ut qui eum viderent cum admiratione et sine intermissu eum intuerentur.

Ex Abraam et Chettura natus est Iexan, ex Iexan Dadam, ex Dadam Raguel et Iothor, qui etiam Iobab vocatur; ex Iothor Sepphora, quam duxit Moses, ut est in Demetrii historia teste in chronicis Eusebio. Moses ab Abraam septimus, Sepphora sexta.

Moses 80 annos natus proficiscentes ex Aegypto Israelitas duxit postquam 430 annos partim in Chanaan partim in Aegypto habitaverant; sciendum enim 430 annos sic numerandos esse. Iosephus 30 annum agens Aegyptiorum regnum accepit; septem igitur ubertatis annis et caritatis duobus praeterlapsis Iacobus cum filiis in Aegyptum

νίας καὶ δύο τοῦ λιμοῦ διελθόντων κατῆλθεν Ἰακὼβ σὺν τοῖς τέκνοις εἰς Αἴγυπτον. τὸν Νεῖλον δέ φασι μὴ ἀνελθεῖν ἐν ὅλοις ἑπτὰ ἔτεσι τοῦ λιμοῦ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. ἦν οὖν τότε Ἰωσὴφ ἐτῶν τριάκοντα ἐννέα, ἔζησε δὲ τὰ πάντα ἔτη ἑκατὸν δέκα. μετὰ γοῦν τὸν θάνατον Ἰωσὴφ δουλεύουσιν Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρα. τὰ δὲ πάντα ἔτη τῆς τῶν Ἑβραίων ἐν Αἰγύπτῳ διατριβῆς διακόσια δεκαπέντε· ἐξ οὗ δῆλον ὅτι ἀπὸ Χαναὰν εἰς τὴν Αἴγυπτον τὴν μετοίκησιν ἐποιήσαντο μέχρι τῆς ἐξόδου τοῦ λαοῦ, ἧς δείκνυται ἡγησάμενος κατὰ τὸ ὀγδοηκοστὸν ἔτος Μωϋσῆς. οὐ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ μόνῃ γίνεται ἡ παροίκησις τῶν τετρακοσίων τριάκοντα ἐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν πρὸ τοῦ εἰς Αἴγυπτον κατελθεῖν τὸν Ἰακώβ· ὅπερ ἡμῖν καὶ αὐτὴ παρίστησιν ἡ γραφὴ λέγουσα "ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναάν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα."

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Ἀβραὰμ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ ἀνὴρ θεοσεβής, υἱὸς Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αἰγύπτου, ὃς κτίζει πόλιν Σιδῶνα. καὶ ἔστι τοῦ μὲν Ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς ἐκ Χαρρὰν εἰς Χαναὰν ἀναβάσεως μέχρι τῆς Ἰσαὰκ γενέσεως ἔτη εἰκοσιπέντε, τοῦ δὲ Ἰσαὰκ τὰ μέχρις Ἰακὼβ ἔτη ἑξήκοντα, τοῦ δὲ Ἰακὼβ τὰ μέχρι Λευὶ ἔτη ὀγδοήκοντα ἑπτά. ὄντος τοῦ Λευὶ ἐτῶν τεσσαράκοντα τριῶν κατῆλθεν ὁ Ἰακὼβ σὺν τῇ πανοι-

2. φησι C 16. ὥς φησιν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου margo

venit. Nilus autem per integros septem annos, quibus Aegyptus fame premebatur, non redundasse dicitur; tum Iosephus annos habebat 39, vixit autem omnino 110 annos et post eius mortem servorum conditione fuerunt Hebraei annos 144; omnes igitur anni, quos in Aegypto habitarunt Hebraei, sunt 215; hinc apparet, relicta Chanaan in Aegypto habitasse donec Moses, ut refertur, anno aetatis 80 eos eduxit; non enim in Aegypto sola 430 annos habitarunt, sed etiam in Chanaan, antequam in Aegyptum Iacobus venit, idque ipsa biblia indicat dicens, domicilium habuisse filios Israel in Aegypto et Chanaan per 430 annos.

Tempore Abraam vixit Melchisedek, vir magnae in deum pietatis, filius Sidi, Aegypti filii, qui Sidonem urbem condidit. intercesserunt inter Abraam ex Charran in Chanaan migrationem et natum Isaac anni 25, inter Isaac et Iacobum anni 60, inter Iacobum et Levi anni 87. Levi cum esset annorum 43, Iacobus cum tota domo in Aegyptum venit annos natus 130. a Levi

κεσίᾳ εἰς Αἴγυπτον, ὧν ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα. τοῦ δὲ Λευὶ τὰ μέχρι Καὰθ ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, τοῦ δὲ Καὰθ τὰ μέχρις Ἀβραὰμ ἔτη ἑξήκοντα τρία, τοῦ δὲ Ἀβραὰμ τὰ μέχρι Μωϋσέως ἔτη ἑβδομήκοντα, τοῦ δὲ Μωϋσέως τὰ μέχρι τῆς ἐξόδου ἔτη ὀγδοήκοντα. ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ ἐν γῇ Χαναὰν παροικίας μέχρι τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου ἔτη διακόσια δεκαπέντε, καὶ ἀπὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου μέχρι τῆς ἐκεῖθεν ἐξόδου τοῦ λαοῦ ἕτερα διακόσια δεκαπέντε· ὁμοῦ τετρακόσια τριάκοντα.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἴναχος πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσε, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ λαὸς διατρίβει ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. Φορωνεὺς Ἀργείων ἐβασίλευσε, καθ' ὃν ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμὸς ὑπὸ Ἑλλήνων ἱστορεῖται. καὶ Ἀσσυρίων μετὰ Πῖκον τὸν βασιλέα τὸν πρῶτον, ὃς ἐν Κρήτῃ ἀπέθανεν, ὃς καὶ τοῖς τότε καιροῖς Ζεὺς μετωνομάσθη, Σεμίραμις δὲ Νίνου ἐβασίλευσεν.

Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ παραλαβὼν τὴν ἡγεμονίαν, καὶ διαπεράσας τὸν Ἰορδάνην, ἄρχει τοῦ λαοῦ ἔτη εἰκοσιπέντε. οὗτος ἐπόρθησεν ἐπαρχίας ἑπτὰ καὶ καθεῖλε βασιλεῖς εἰκοσιεννέα. γίνονται τοίνυν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη δισχίλια διακόσια ἑξήκοντα τρία, ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ διαμερισμοῦ τῆς γῆς ἔτη τϟθ', ἀπὸ δὲ τοῦ διαμερισμοῦ ἕως τῆς παροικίας Ἀβραὰμ ἔτη χις', ἀπὸ δὲ τῆς παροικεσίας

11. τούτου? 16. δὲ] ἢ?

usque ad Caath fuerunt 45 anni, a Caath usque ad Abraam 63, ab Abraam usque ad Mosen anni 70, a Mose usque ad discessum 80, ita ut ab eo tempore, quo in Chanaan domicilium constituit Abraam usque ad migrationem in Aegyptum fuerint anni 215, et a profectione in Aegyptum usque ad discessum iterum 215 anni, omnino igitur anni 430.

His temporibus Inachus primus Argis regnavit simulque populus 40 annos in deserto vixit. fuit Phoroneus Argivorum rex, sub quo Ogygium diluvium factum esse a Graecis memoriae proditur, atque in Assyria post Picum, primum regem, qui in Creta mortuus est et illis temporibus Iupiter nominabatur, Semiramis, Nini uxor, imperium tenuit.

Iesus Naue filius, dux constitutus Iordano superato 25 annos regnum administravit. hic 7 regna delevit et reges 29 devicit. sunt igitur ab Adamo usque ad diluvium anni 2263, a diluvio usque ad terrae partitionem anni 399, a terrae partitione usque ad migrationem

Ἀβρααμ ἕως τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἔτη υϟε'. ὁμοῦ γίνονται ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη γψοδ'.

Μετὰ Ἰησοῦν πρεσβύτεροι ἐκ τῆς Ἰούδα καὶ Συμεὼν φυλῆς, τοῖς ἀλλήλων σχοινίσμασιν ἀνὰ μέρος βοηθοῦντες, ἐπάρξαι τοῦ λαοῦ λέγονται ἔτη λ'. μετὰ τοῦτο ὁ λαὸς εἰδώλοις λατρεύσας ἐκδίδοται τῷ Χασαρσαθὼν βασιλεῖ Μεσοποταμίας, ὃς ἐβασίλευσεν αὐτῶν ἔτη ὀκτώ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Προμηθεὺς μυθεύεται σοφὸς ὢν ἐν παιδείᾳ, ἐν ᾗ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ ἰδιωτείας μετέπλασεν.

Ἐπιστρέψαντος τοίνυν τοῦ λαοῦ πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Γοθονιήλ, ὃς ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη ν'. ἀδελφὸς δὲ ἦν ὁ Γοθονιὴλ τοῦ Χαλέβ. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς γεγονέναι λέγεται. τοῦτον τὸν κατακλυσμὸν δοκοῦσι καὶ Αἰγύπτιοι μεμνῆσθαι, φάσκοντες τὴν χώραν αὐτῶν μὴ κατακεκλύσθαι, τοπικοῦ γενομένου. τὸν γὰρ πρότερον κατακλυσμὸν οὐδὲ γινώσκουσιν· οὔπω γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης γεννηθείς. Χὰμ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πατὴρ ἦν τοῦ Μεσραείμ, ἀφ' οὗ οἱ Αἰγύπτιοι.

Αὖθις ἁμαρτήσαντες οἱ υἱοὶ παραδίδονται τῷ Αἰγλώμ, βασιλεῖ Μωαβιτῶν, καὶ δουλεύουσιν αὐτῷ ἔτη ιη'. πάλιν δὲ αὐτοὺς ἐπιστρέψαντας ἐξαιρεῖται διὰ τοῦ ἀμφοτεροδεξίου Ἀώδ. ἔσχε δὲ τοῦ ἀμφοτεροδεξίου τὸ ἐπώνυμον διὰ τὸ

19. υἱοὶ] υἱοὶ Ἰσραήλ?

Abraam 616, et inde usque ad mortem Iesu, Naue filii 495; omnino igitur ab Adamo fuerunt anni 3774.

Post Iesum seniores ex Iudae et Symeon tribubus mutuo sibi lato auxilio imperium administrasse dicuntur annos 30. post hoc cum idola sectaretur populus, traditus est Chasarsathon regi Mesopotamiae qui 8 annos eum sua potestate tenuit. his temporibus Prometheus narratur sapiens fuisse institutione liberorum, quo homines ignorantia liberavit.

Populus quum ad deum se convertenet, exstitit Gothoniel, qui 50 annos populum iudicavit; Gothoniel frater fuit Chaleb. his temporibus Deucalionis narratur diluvium fuisse. eius diluvii etiam Aegyptii meminisse videntur dicentes, suam terram non inundatam fuisse, certis regionibus scilicet facto diluvio; prius enim diluvium ne noverunt quidem, cum nondum patriarcha eorum natus esset; Cham enim, Noe filius, pater fuit Mesraim, a quo sunt Aegyptii.

Rursus peccantes Israelitae traditi sunt Aeglom, Moabitorum regi, cui 18 annos servierunt. conversi ad deum liberati sunt ab Aod, viro ambabus manibus dextero; habuit ille cognomen, quod in

ὁμοίως ἐν παντὶ πράγματι τῇ εὐωνύμῳ χρῆσθαι χειρὶ καθάπερ καὶ τῇ δεξιᾷ. ὃς ἡγήσατο τοῦ λαοῦ ἔτη ν΄. τούτου ἐν ἔτει εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς Κέκροψ ὁ διφυὴς διὰ τὸ δύο γλώσσαις λαλεῖν. ἐν δὲ τῷ οζ΄ ὁ κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ ὑπ' αὐτῶν μνημονεύεται.

Προσπταίσας πάλιν ὁ λαὸς κυριεύεται ὑπὸ Ἰαβῆς βασιλέως Χαναναίων ἔτη εἴκοσιν. ἐπὶ τούτου προφητεύει Δεβώρρα γυνὴ Λαφιδώθ, ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ, ἔτη μ΄. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Κάδμος ὁ ἐν Θήβαις ἐβασίλευσεν, ὃς Τειρεσίαν φιλόσοφον καὶ μάντιν ἐν Θήβαις ἤγαγε, περὶ οὗ φησὶ Σοφοκλῆς ὅτι τὴν Παλλάδα ἰδὼν λουομένην ὁ Τειρεσίας μετεβλήθη ἐξ ἀνδρὸς εἰς γυναικείαν φύσιν.

Μετὰ δὲ τὴν Δεβώρρας τελευτὴν ἐξήμαρτε πάλιν ὁ λαός, καὶ κατεδουλοῦντο τοῖς Μαδιηναίοις ἑπτὰ ἔτη. Γεδεὼν δὲ αὐτοῖς ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, θείοις σημείοις τῆς νίκης κομισάμενος τὴν πίστιν, ἐπανίσταται, καὶ ἐν τριακοσίοις ἀνδράσι δώδεκα διαχειρισάμενος μυριάδας ἦρξε τοῦ λαοῦ ἔτη μ΄. Ἀβιμέλεχ ὁ τούτου υἱὸς ἔτη τρία, Θώλα υἱὸς Φούα ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ ἔτη κγ΄, Ἰαεὶρ ὁ Γαλααδίτης ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ Μανασσῆ ἔτη κβ΄. μετὰ τοῦτον ἐξήμαρτεν ὁ λαός, καὶ παρεδόθη τοῖς Ἀμανίταις ἔτη ιη΄. ἔπειτα τὴν πρὸς θεὸν ποιησάμενος ἐπάνοδον, σώζει διὰ τοῦ Ἰεφθάε τοῦ Γαλααδίτου, μητρὸς μὲν ὄντος ἑταίρας, φυλῆς δὲ Μανασσῆ. οὗτος ἄρχει

12. *μετεκλήθη* cod.

omnibus negotiis pariter sinistra utebatur manu ac dextera. hic dux fuit populi annos 50. anno eius 27 in Attica regnavit Cecrops biformis, quod duabus linguis utebatur; anno vero 77 diluvium in Thessalia et Aethiopia factum ab iis narratur.

Denuo cum peccasset populus imperio subiectus est Iabes Chananaeorum regis 20 annos. sub hoc prophetavit Deborra, uxor Saphidoth, ex tribu Naphthalim annos 40. illis temporibus Cadmus Thebis regnavit, qui Tiresiam philosophum et vatem Thebas duxit, quem ait Sophocles, Palladem cum lavantem vidisset, ex viro in feminam mutatum esse.

Post Deborrae mortem denuo peccans populus in servitutem datus est Madienaeis 7 annos. Gedeon autem ex Manasse tribu cum divinis indiciis eos ad victoriae spem erexisset, surrexit et cum 300 viris hostes 120000 prostravit, rexitque populum 40 annos; Abimelech eius filius annos tres; Thola, Phua filius, ex Ephraim tribu 23 annos; Iair Galaadites ex Ephraim Manasse tribu 22 annos. post hunc peccavit populus et traditus est Amonitis annos 18; post quum

τοῦ λαοῦ ἔτη ἕξ. μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Εὐσεβὼν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ὁ Βηθλεεμίτης ἔτη ζ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τὸ Ἴλιον ἐκτίσθη καὶ Ἀσκληπιὸς τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην μετῄει. Αἰγλὼμ ὁ Ζαβυλωνίτης ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη δέκα, Ἀδὼμ υἱὸς Ἐλεὶμ ὁ Μαραθωνίτης ἔτη ὀκτώ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὀρφεὺς ὁ ποιητὴς ἐγνωρίζετο.

Προσπταίσας πάλιν ὁ λαὸς ἐκδίδοται ἀλλοφύλοις ἔτη μ'. ἐπιστρέψαντας δὲ αὐτοὺς πρὸς θεόν, ἀνίστησι τὸν Σαμψών, Μανωὲ μὲν υἱόν, φυλῆς δὲ Δᾶν, ὅστις καταπολεμήσας τοὺς ἀλλοφύλους ἄρχει ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἡρακλῆς ἐγνωρίζετο, ὁ τοὺς δώδεκα ἄθλους διανύσας. Σαμανὲς ἡγήσατο τοῦ λαοῦ ἔτος ἕν, ἀναρχίας γεγονυίας κατὰ τὰς Ἑβραϊκὰς παραδόσεις, ὅτε καὶ ἔπραττεν ἕκαστος ὅπερ ἐβούλετο, οἷα εἰκὸς ἐν ἀναρχίᾳ γίνεσθαι. ἔτη μ' εἰρήνην ἔσχε πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ὁ λαός, ἔτη λ' Σαμανεὶ αὐτοῦ ἡγουμένου. Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἦρξε τοῦ λαοῦ ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὁ Ἰλιακὸς πόλεμος ἐγένετο ἔτεσι δέκα, καὶ τὸ Ἴλιον ἥλω. Σαμουὴλ διαδεξάμενος τοῦ Ἠλεὶ τὴν ἱερατείαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν κρατεῖ τοῦ λαοῦ. φασὶ δὲ αὐτὸν δώδεκα ἐτῶν εἶναι, ὅτε πρῶτον ἐφάνη αὐτῷ λαλήσας ὁ θεός. σὺν οἷς ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ Ἀμιναδὰμ οἴκῳ διέτριψε, καὶ βασιλέων χρισθέντων ἦν ἀντιλαμβανόμενος ὁ Ἠλεὶ ἔτη ο'.

ad deum se convertisset, libertatem recuperavit opera Iephthae, Galaaditae filii, cuius mater meretrix fuit ex Manasse tribu. hic 6 annos populum rexit. post eum Eusebon ex Iuda tribu 7 annos regnavit. his temporibus Ilium conditum est et Aesculapius medicam artem exercuit. Aeglon Zabylonites 10 annos Israelitas iudicavit. Adom Elim filius Marathonites 8 annos. his temporibus Orpheus poeta clarus fuit.

Rursus peccans populus traditus est exteris gentibus annos 40. quum ad deum rediissent, ille Sampson erexit, Manoe filium, ex Dan tribu. hic devictis hostibus 20 annos regnavit. illis temporibus Hercules vixit, qui 12 certamina perfecit. Samanes dux fuit populi annum unum, facta anarchia, ut Hebraicae traditiones perhibent, quum quod quisque vellet, faceret, ut fere in anarchia fieri solet. annos 40 pacem cum externis gentibus habuit populus duce per 30 annos Samani. Eli sacerdos imperium habuit 20 annos. his temporibus Iliacum bellum gestum est per annos 10, captumque est Ilium. Samuel accepto ab Eli sacerdotio et imperio populum rexit. annos 12 natus fuisse narratur, quum primum ei deus appareret, quum arca esset in domo Aminadam. unctis regibus Samuel 70 annos civitatem administraverat.

Γίνεται τοίνυν ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Σαμουὴλ ἔτη χι', ἀπὸ δὲ Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βρκ', ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἔτη ͵δτπβ'.

Ὁ μὲν οὖν Σαμουὴλ αὐτός τε ἤδη γεγηρακὼς καὶ τοῦ λαοῦ ὀκνηρότερον ποιούμενος τὴν ἐποψίαν, τῶν τε παίδων αὐτοῦ δώροις ἀεὶ τοῦ δικαίου προϊεμένων τὴν κρίσιν, χρίει βασιλέα, τοῦ λαοῦ μὲν καταναγκάζοντος τοῦ θεοῦ δὲ συγχωρήσαντος, τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κίς, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Σαοὺλ γὰρ καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ τὰς ὄνους ζητοῦντες εἰσῆλθε πρὸς Σαμουήλ· εἶπε δὲ τῷ Σαοὺλ περὶ τῆς βασιλείας ὁ Σαμουὴλ καὶ περὶ ὧν ἐζήτει. Σαοὺλ ἐξελθὼν τῷ συγγενεῖ αὐτοῦ καὶ προσφιλεῖ τὰ μὲν ἄλλα ἐξεῖπε, περὶ δὲ τῆς βασιλείας οὐκ ἀνήγγειλε, δηλῶν ὡς οὐ φίλοις οὐδὲ συγγενέσιν ἐπὶ τῶν μεγάλων πραγμάτων δεῖ θαρρεῖν διὰ τὸ ἐπὶ βασκανίᾳ τῶν ἀνθρώπων εὐχερές. οὗτος ὁ Σαοὺλ συνεπισχύοντος τοῦ Σαμουὴλ βασιλεύει ἔτη εἴκοσιν· ἐπροεφήτευε δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἅμα καὶ ἱεράτευεν ὁ Σαμουήλ. Ἀβενὴρ δὲ αὐτῷ ὁ τοῦ Νὴρ υἱὸς τῆς στρατηγίας ἀφηγεῖτο. τοῦ δὲ Σαοὺλ προσπταίσαντος τῷ θεῷ ἐπιχρίει πάλιν ὁ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα τὸν Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς.

Καὶ ὁ μὲν Σαμουὴλ τελευτᾷ δύο φθάσας ἔτη τὸν Σαούλ, βασιλεύει δὲ ὁ Δαβὶδ ἑπτὰ μὲν ἔτη περιόντος Σαούλ, μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν λγ'. ἐπὶ τούτου μὲν Ἀβίαθα ἐτύγ-

11. συγγενείᾳ C 16. δὲ] καὶ C 17. cod ὀτανὴρ. 19. cod Σαούλ.

Fuerunt igitur a Iesu morte usque ad mortem Samuelis 610 anni, a Noe et diluvio anni 2120, ab Adamo 4382.

Ipse Samuel quum iam provectus esset aetate, populi administrationem aegre ferens, quum filii eius muneribus corrupti iniusta iudicia ferrent, regem unxit coactu quidem populi sed dei concessu Saul, filium Kis, ex Beniamin tribu. Saul enim cum puero asinos quaerens ad Samuel venerat. dixitque Samuel Saulo de regno et de iis quae quaerebat. Saul quum abiisset propinquis amicisque cetera quidem narravit, de regno autem nihil aperuit, declarans neque amicis neque propinquis in magnis rebus confidendum esse, quod prompti sint homines ad invidiam. hic Saul adiutus a Samuel 20 annos regnavit: sub eo Samuel prophetae simulque sacerdotis munere fungebatur. Abener, filius Ner, dux fuit exercitus. sed peccante in deum Saul, Samuel Davidem regem unxit, Iesai filium ex Iuda tribu.

Mortuus est Samuel biennio ante Saul. David vivo Saul 7 annos regnavit et mortuo eo annos 33. sub eo summus sacerdos fuit Abiatha, filius Abimelech, ex Eli cognatione; et ex alia patria Sa-

χανεν ἀρχιερεύς, ὁ τοῦ Ἀβιμέλεχ, ἐκ τῆς συγγενείας Ἠλεί, ἐξ ἑτέρας δὲ πατριᾶς Σαδώκ· προεφήτευον δὲ αὐτός τε Δαβὶδ καὶ Γὰδ καὶ Νάθαν καὶ Ἀσὰφ καὶ Ἰδιθούμ· ἐστρατηλάτει δὲ αὐτῷ Ἰωάβ. χρὴ τοίνυν ἐντετάχθαι τῷ παντὶ ἀριθμῷ μ' μὲν τοῦ Σαοὺλ ἔτη, μ' δὲ καὶ τοῦ Δαβίδ, διὰ τὸ ὡς εἴρηται τὰ ἑπτὰ ἔτη ἔτι περιόντος τοῦ Σαοὺλ βεβασιλευκέναι αὐτόν. διὰ τὸν γάμον τῆς Μελχῶ οὐχὶ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἀλλὰ ἑξακοσίας κεφαλὰς τῶν ἀλλοφύλων τὸν Σαοὺλ φασὶν ἐζητηκέναι καὶ εἰληφέναι ὑπὸ τοῦ Δαβίδ. ἐπὶ τούτου Ἰωὰβ ὁ ἄρχων τῆς στρατείας ἠρίθμησε τὰς φυλὰς Ἰσραήλ, καὶ ἦν ὁ ἀριθμός, ὃν κατηρίθμησε, χιλιάδες ἑκατὸν καὶ ἑξακόσιαι δύο, οἱ δὲ υἱοὶ Ἰούδα τετρακόσιαι ἑβδομήκοντα· τὸν δὲ Λευὶ καὶ τὸν Βενιαμὶν οὐ κατηρίθμησε. πεπτώκασι δὲ ἐκ τοῦ λαοῦ διὰ τοῦτο χιλιάδες ἑβδομήκοντα. ᾠδάς φασι καὶ ὕμνους τὸν Δαβὶδ συντάξαι εἰς θεὸν ἀμέτρους μετ' ὀργάνων πολλῶν μουσικῶν. ἀλλὰ καὶ πολὺν χρυσὸν συνταφῆναι τῷ Δαβὶδ ὑπὸ Σολομῶντος· ὃν ταῖς πολιορκίαις οἱ κατὰ καιροὺς βασιλεῖς τῶν Ἑβραίων ἀνοίγοντες ἐλάμβανον ταλάντων χρήματα πολλά. ταῖς δὲ θήκαις τῶν βασιλέων οὐδεὶς ἐνεχείρισεν· ἦσαν γὰρ μεμηχανευμέναι ὑπὸ Σολομῶντος, ὡς μὴ ταύτας εὑρίσκεσθαι.

Σολομῶν ὁ τοῦ Δαβὶδ τὸν πατέρα διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη μ'. οὗτος τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ θεμελιώσας, καὶ ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν αὐτὸν κατα-

dok; prophetarunt quum ipse David, tum Gad, Nathan, Asaph et Idithum; dux exercitus fuit Ioab. addendi igitur sunt integro numero 40 anni Saul et 40 Davidis, quod, ut dictum est, 7 annos superstite Saul regnavit. Melcho autem nuptiis non 100 praeputia, sed 600 capita peregrinorum Saul dicunt Davidis opera quaesiisse et cepisse. sub hoc Ioab, exercitus dux, Israelitarum tribus numeravit; fuitque numerus 100602 et filiorum Iudae 470. Levi autem et Beniamin non numeravit, qua re exciderunt 70000. odas dicunt et hymnos Davidem confecisse in dei honorem nulli metro adstrictos cum multis instrumentis musicis. narratur etiam multum auri cum Davide a Solomonte terra conditum esse, quod in obsessionibus qui forte regebant Hebraeorum reges effoderunt et magnam talentorum vim inde sumpserunt. capulas autem regum nemo tetigit; ita enim a Solomonte confectae erant, ut inveniri non possent.

Solomon, Davidis filius, patrem secutus annos 40 regnavit. hic quarto imperii anno templi dei fundamentum iecit idque 7 annis absolutum undecimo regni anno consecravit. sacerdotium sub eo ad-

σκευάσας, τῷ ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἀφιεροῖ. ἱεράτευε δὲ ἐπὶ τούτου Σαδώκ, καὶ προεφήτευον Νάθαν ὁ τὴν οἰκοδομὴν αὐτὸν τοῦ ἱεροῦ ποιήσασθαι παραθαρσύνας καὶ Ἀχιὰμ ὁ Σιλωνίτης καὶ Σαμέας υἱὸς Σαλαμῆ καὶ Ἀδδώ· τήν τε στρατιωτικὴν δύναμιν ἐγχειρίζεται Βανέας υἱὸς Ἰωδαέ. τούτῳ γίνεται μόνος ἐκ τοσούτου γυναικῶν πλήθους υἱὸς Ῥοβοάμ. πολλὰ πονήματα ἐγγράφως τέθεικεν, ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς καὶ ἐξορκισμοὺς κατὰ δαιμόνων ἐπενόησεν, αἷς χρώμενοί τινες Ἰουδαῖοι, δακτύλιόν τινα ἔχοντα σφραγῖδα καὶ ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομῶν ἐν τῇ ῥινὶ τιθέντες τοῦ πάσχοντος, ὀσφραινόμενον τὸ δαιμόνιον ἐξέλκεσθαι, σημείου τιθεμένου ἢ ποτηρίου μεστοῦ ὕδατος ἢ ἑτέρου τινὸς ἀγγείου, ὃ πάντως συνέτριβε φεῦγον τὸ δαιμόνιον. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος ἐγνωρίζετο.

Ῥοβοὰμ υἱὸς Σολομῶντος βασιλεύει ἔτη ιη'. ἐπὶ τούτου τὸ πᾶν τοῦ λαοῦ πλῆθος διαιρεῖται· καὶ αὐτῷ μὲν ἡ ἐξ Ἰούδα παραμένει φυλὴ καὶ ἡ τοῦ Βενιαμίν, αἱ δὲ λοιπαὶ πᾶσαι αἱ δέκα φυλαὶ Ἱεροβοὰμ τὸν τοῦ Ναβάτ, ἐκ φυλῆς Ἐφραίμ, ἕνα τῶν Σολομῶνος οἰκείων, ἑαυτῶν βασιλέα προεστήσαντο. ἦν μὲν οὖν τῷ Ῥοβοὰμ ὁ τῆς βασιλείας οἶκος ἐν Ἱερουσαλήμ, ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ὑπ' αὐτὸν ταττόμενον πλῆθος Ἰούδας καὶ ὁ οἶκος Δαβίδ, ἐκ τῆς ἐπικρατεστέρας φυλῆς εἰληφὼς τὴν προσηγορίαν. τοῦ δὲ Ἱεροβοὰμ Σαμάρεια μὲν ἡ

21. τὸ om C αὐτοῦ C

ministravit Sadok, prophetavit Nathan, qui templi aedificandi hortator fuerat, Achiam praeterea Silonites et Sameas, Salame filius, et Addo; exercitui praepositus est Baneas, Iodae filius. huic ex tanta mulierum multitudine, unus tantum filius natus est Rhoboam. multa scripta reliquit etiamque incantationes et exorcismos contra malos spiritus excogitavit, quibus utuntur Iudaeorum quidam, annulum, in quo est sigillum, et radicem, ut docuerat Solomon, in nares aegroti ponentes, ut sentiens spiritus eiiciatur, signo adhibito vel poculo aqua pleno, vel alio vase, quo fugiens spiritus plane contunditur. his temporibus Homerus et Hesiodus floruerunt.

Rhoboam, Solomontis filius, annos regnavit 18; sub hoc populus divisus est; ipsi remanserunt Iuda et Beniamin tribus; reliquae 10 omnes Hieroboam, Nabat filium, ex Ephraim tribu, unum e Solomontis familiaribus, regem sibi constituerunt. fuit Rhoboam regis sedes Hierosolymis; populus ei subiectus Iudas nominabatur et domus Davidis, nomine a superiore tribu sumpto. regni Hieroboam caput fuit Samaria; Thersae autem domus regia; altaria fuerunt duo, unum

μητρόπολις, ὁ δὲ τῆς βασιλείας οἶκος ἐν Θερσᾶ, θυσιαστήριά τε δύο, ἓν μὲν ἐν Βαιθὴλ (τὴν γὰρ μίαν τῶν δαμάλεων ἐνταῦθα καθιδρύει), θάτερον δὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἐν τῇ τοῦ Δᾶν φυλῇ· καὶ ἐνταῦθα γὰρ ἑτέραν ἀνιέρωσε δάμαλιν. ὄνομα δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ Ἰσραὴλ διὰ τὸ πλῆθος καὶ Ἐφραὶμ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως φυλήν. ἐπροεφήτευον δὲ ἔτι καὶ τότε Σαμέας ὁ τοῦ Σαλαμῆ, καὶ ὁ ἐξ Ἰούδα εἰς Σαμάρειαν ἀφικόμενος καὶ προφητεύσας τῷ Ἱεροβοὰμ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. ὃς καὶ ἀναιρεῖται τῷ τοῦ θεοῦ παραβῆναι τὴν ἐντολήν, ἀπαντηθεὶς ὑπὸ λέοντος καθ' ὁδὸν αὐτῷ ἐπανιόντι συγκυρήσαντος.

Ἀβιᾶ διαδεξάμενος τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν βασιλεύει ἔτη τρία. Ἀσᾶ μετὰ τοῦτον βασιλεύει ὁ υἱὸς ἔτη μα'. οὗτος ἤδη γηραιὸς ὢν ἀρθριτικῷ τοὺς πόδας ἤλγησε πάθει· προφητεύει δὲ ἐπὶ τούτου Ἀνανίας. Ἰωσαφὰτ μετὰ τοῦτον ὁ υἱὸς βασιλεύει ἔτη κε', ἐπροεφήτευον δὲ ἐπ' αὐτοῦ Μιχαίας ὁ υἱὸς Ἐμβλᾶ καὶ Ἀβδιοῦ υἱὸς Ἀνανίου καὶ Ἐλέαζαρ καὶ Ἀνανίας· ἦν δὲ καὶ ψευδοπροφήτης Σεδεκίου υἱὸς Χαναάν. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Ἠλίας ἐν τῷ Ἰσραὴλ προεφήτευσε, καὶ μετ' αὐτὸν Ἐλισσαῖος. Ἰωρὰμ τὸν πατέρα Ἰωσαφὰτ διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη ὀκτώ, ἀνὴρ ἐπ' ἀσεβείᾳ τοὺς πολλοὺς ὑπερβαλόμενος· γαμβρὸς δὲ ἦν Ἀχαὰβ τοῦ Ἰσραηλιτῶν βασιλέως, οὗ καὶ ζηλοτὴς ἐγένετο τοῦ βίου. καὶ ἐπὶ τούτου προφητεύουσιν οἱ αὐτοί, ἱεράτευε δὲ Ἰωδαέ.

Baethel, (alteram enim iuvencarum ibi collocavit), alterum Samariae in Dan tribu, ibi enim alteram iuvencam consecravit. nomen populi ei subiecti erat Israel propter multitudinem et Ephraim propter regis tribum. prophetabant etiamtunc Sameas, Salame filius et qui ex Iuda in Samariam profectus Hieroboam rei ad altare prophetavit; qui etiam occisus est, quod dei iussum transgressus erat, obviam factus leoni, qui cum reverteretur in eum incidit.

Abia accepto patris regno 3 annos regnavit; post eum Asa filius regnavit annos 41; hic quum iam senex esset, pedibus laboravit arthritico morbo. prophetavit sub eo Ananias. Iosaphat deinde, filius eius, regnavit annos 25; prophetavit sub eo Michaeas, Emblae filius, et Abdiu, Ananiae filius et Eleasar et Ananias; erat etiam falsus propheta Sedeciae filius Chanaan. hisce temporibus in Israel Elias quoque prophetavit et post eum Elissaeus. Ioram Iosaphat patrem excepit et 8 annos regnavit, homo, impietate plurimos superans; gener fuit Achaab, Israelitarum regis, cuius etiam vitae studiosus fuit; sub eo iidem prophetarunt; sacerdos fuit Iodaë. Ochosias, qui hunc excepit,

Ὀχοζίας δὲ τοῦτον διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτος ἕν· ἀνεῖλε δ' αὐτὸν Ἰηοῦ βασιλεὺς Ἰσραήλ, ὅτε ἐξωλόθρευε τὸ γένος Ἀχαάβ.

Γοθολία μετὰ τοῦτον ἡ Ζαμβρῆ τοῦ Ἰσραηλιτῶν βασιλέως θυγάτηρ, γυνὴ δὲ τοῦ Ἰωράμ, μήτηρ δὲ τοῦ Ὀχοζίου, βασιλεύει ἐπὶ Ἰσραὴλ ἔτη ὀκτώ. αὕτη πασῶν ἀσεβεστάτη γενομένη γυναικῶν πάντας ἀναιρεῖ τοὺς Ὀχοζίου παῖδας, Ἀχαὰβ τὸν Ἰσραηλιτῶν βασιλέα τιμωρουμένη· ἐδόκει γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τούτου. Ἰωσαβὲδ ἡ τοῦ Ὀζίου ἀδελφή, γυνὴ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωδαέ, κλέψας Ἰωὰς τὸν Ὀχοζίου υἱὸν ἔτι βρέφος ὄντα ἀνατρέφει· ἱεράτευε δὲ ἐπ' αὐτῆς Ἰωδαέ, καὶ προεφήτευε Ζαχαρίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Ἰωὰς τὸν Ὀχοζίου υἱόν, ὀκταέτη τυγχάνοντα, Ἰωδαὲ χρίσας ὁ ἀρχιερεὺς ἀνέδειξε βασιλέα, Γοθολίαν ἀνελών. εὐσεβὴς δὲ κατ' ἀρχὰς γενόμενος πάντα καθαιρεῖ τὰ εἴδωλα, πλὴν τῶν εἰδώλων τῶν μετεώρων. ἐπὶ τούτου ὁ ἀρχιερεὺς ἐτελεύτησε Ἰωδαέ, βιώσας ἔτη ρλʹ. σημειωτέον ὅτι τοῦτον οὗτος φαίνεται μόνος βιώσας τὸν χρόνον μετὰ Μωϋσῆν. εἰδωλολατρεῖ δὲ ἐπὶ τέλει ὁ Ἰωάς, καὶ Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Ἰωδαὲ υἱὸν τὸν προφήτην αἰτιώμενον τὴν ἐκτροπὴν καταλεύσας ἀναιρεῖ· βασιλεύει δὲ ἔτη μʹ. Ἀμεσίας δὲ τοῦτον διαδέχεται ὁ υἱός, καὶ βασιλεύει ἔτη κθʹ· ἐπὶ τούτου Σίβυλλα ἡ Κυμαία ἐγνωρίζετο.

2. δ' om C

unum annum regnavit; occidit eum Ieu, Israelitarum rex, qui genus Achaab exstinxit.

Post hunc Gotholia, Sambre, Israelitarum regis, filia, et Ioram coniux materque Ochosiae regnum Israelitarum habuit annos 8. haec, omnium mulierum improbissima, omnem Ochosiae prolem interfecit, Achaab, Israelitarum regem, ulciscens; credebatur enim ex eius esse gente. Iosabed, Osiae soror et Iodaë, summi sacerdotis, uxor, Ioas, Ochosiae filium, quum adhuc infantulus esset, surripuit et educavit. sacerdotium sub ea administravit Iodaë et prophetavit Zacharias, illius filius. Ioas, Ochosiae filium, puerum 8 annorum, Iodaë, summus sacerdos unxit et regem appellavit, Gotholiam autem interfecit. ab initio pius fuit Ioas et omnia idola abolevit praeter coelestium rerum idola. sub hoc Iodaë summus sacerdos mortuus est, postquam vixit 130 annos; memorandum est, hunc solum post Mosen tantam aetatem assecutum esse videri. tandem Ioas idolis se dedit et Zachariam prophetam Iudaë filium, qui peccatum ei exprobravit, iniectis lapidibus occidit. regnavit annos 40; excepit eum Amesias filius et 29 annos regnavit. sub hoc Sibylla Cumaea clara fuit.

Ὀζίας καὶ Ζαχαρίας υἱὸς Ἀμεσίου ἐβασίλευσεν ἔτη νβ΄, ἀνὴρ εὐσεβής. ὕστερον δὲ τῶν ἁγίων ἐπιβῆναι πειραθεὶς λεπροῦται, καὶ ἐδίκαζεν ἀντ' αὐτοῦ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ἦν δὲ ἀρχιερεὺς ἐπὶ αὐτοῦ Ἀζαρίας, ἐπροεφήτευον δὲ Ἀμὼς καὶ Ἡσαίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ Ὠσηὲ ὁ τοῦ Βεκρεὶ καὶ Ἰωνᾶς ὁ τοῦ Ἀμαθὶ ὁ ἐκ Γοφέρ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Λυκοῦργος Λακεδαιμόνιος ἐνομοθέτει. Ἰωαθὰμ ὁ υἱὸς Ὀζίου ἐβασίλευσε μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς ἔτη ιϛ΄. καὶ ἐπὶ τούτου προφητεύει Ἡσαίας καὶ Μιχαίας, ἀρχιερατεύει δὲ Οὐρίας. ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς τούτου βασιλείας Ἴφιτος τὰς Ὀλυμπιάδας συνέστησεν. ἐν δὲ τῇ αὐτῇ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγεννήθησαν, οἵτινες ἐν τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι τὴν Ῥώμην ἤρξαντο κτίζειν· ἡ δὲ ἀριστοκρατία ἀπὸ Ῥωμύλου καὶ τῶν ὑπάτων ἀρξαμένη κατέπαυσε μέχρι τῆς Ἰουλίου Καίσαρος μοναρχίας, διαρκέσασα ἐπὶ ἔτη σμε΄.

Τοῦ Ἰούδα δωδέκατος ἐβασίλευσεν Ἄχαζ ἔτη ηϛ΄· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚δψη΄. Ἄχαζ συντυχὼν τῷ Θετλαβαλασὰρ ἐν Δαμασκῷ θυσιαστήριόν τι εἰδωλικὸν εἶδε· τούτου λαβὼν τὰ μέτρα ἀπέστειλεν εἰς Ἰσραὴλ πρὸς Οὐρίαν τὸν ἀρχιερέα, κελεύσας ὅμοια αὐτοῦ ποιῆσαι· ἐν ᾧ τοῖς θεοῖς Σύρων ἔθυεν ὑποστρέψας, τὸν δὲ ναὸν τοῦ θεοῦ ἔκλεισεν. Ἐζεκίας τὸν Ἄχαζ διαδεξάμενος ὁ υἱὸς βασιλεύει ἔτη κθ΄, ἀνὴρ εὐσεβέστατος. ἔτι καὶ ἐπὶ τούτου Ἡσαίας καὶ Ὠσηὲ καὶ Μιχαίας

Osias sive Zacharias, Amesiae filius, annos 52 regnavit, vir magnae in deum pietatis; postea vero cum sacra obire conaretur lepra est implicatus, et filius pro eo iudicavit. summus sacerdos sub eo erat Asarias; prophetarunt Amos et Hesaias, eius filius et Oseë, Becri filius, et Ionas, Amathi filius ex Gopher. his temporibus Lycurgus Lacedaemoniis leges scripsit. Ioatham, Osiae filius, post patris mortem annos 16 regnavit et sub eo prophetarunt Iesaias et Michaeas, Uria summo sacerdote. primo anno eius regni Iphitus Olympiadas instituit. in ea ipsa prima Olympiade Romus et Romulus nati sunt, qui septima Olympiade Romam aedificare coeperunt. aristocratia a Romulo et consulibus instituta sub Iulio imperatore in monarchiam cessit, postquam 245 annos duravit.

Duodecimus Iudaeorum rex fuit Achas; mundi annus fuit 4708. Achas quum Damasci convenisset Thetlabalasar et gentile altare vidisset, ab eo mensuras sumpsit et in Israel ad Uriam, summum sacerdotem, misit, iubens, similia facere, qua re Syrorum diis per peccatum sacrificavit, dei autem templum clausit. Achas Esekias filius excepit regnavitque 29 annos, vir summae pietatis. adhuc sub eo

ἐπροεφήτευον. ἐπὶ τούτου Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων μετῴκισε τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Βαβυλωνίαν φυλάσσειν, βασιλεύοντος αὐτῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ὠσηὲ προφήτου· ἔτος δὲ ἦν τῆς βασιλείας Ἐζεκίου ἕκτον. οὗτος δ Ἐζεκίας τὸν ὄφιν, ὃν ἐκρέμασε Μωϋσῆς, καθεῖλεν, ὅτι αὐτῷ ἐθυμίαζεν ὁ λαός. ἀλλὰ καὶ βίβλον Σολομῶνος ἰάματα παντὸς πάθους ἐγκεκολαμμένην ἐξέκοψε. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Θαλῆς Μιλήσιος ἐν Τενέδῳ ἀπέθανε καὶ Σίβυλλα Ἐρυθραία ἐγνωρίζετο.

Μανασσῆς υἱὸς Ἐζεκίου ἐβασίλευσεν ἔτη νέ, ἀνὴρ μιαρώτατος καὶ μηδὲν ἔλαττον Χαναναίων εἰδωλολατρήσας· λέγεται δὲ τὸν ἐπὶ τέλει χρόνον εὐσεβῶς βεβιωκέναι. ἐπὶ τούτου Ἡσαίας ὁ προφήτης μετήλλαξε τὸν βίον. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ῥωμύλος ἐν τῷ βουλευτηρίῳ μελιστὶ διαιρεθεὶς ἐξεφορήθη, βασιλεύσας ἔτη λή, οὔσης Ὀλυμπιάδος ις'. Ἀμὼς υἱὸς Μανασσῆ τὸν πατέρα διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη β. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Μίδας τῆς Φρυγίας βασιλεὺς ἀπέθανεν, ὅντινα τοῖς τότε καιροῖς ὄνου ὦτα ἔχειν ἔλεγον. Ἰωσίαν τὸν πατέρα Ἀμὼς διαδεξάμενος ὀκταετὴς ἀντιλαμβάνεται τῆς ἀρχῆς, καὶ βασιλεύει ἔτη λα'. ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς τούτου βασιλείας εὑρὼν ὁ ἱερεὺς Χελκίας βιβλίον ἐν τῷ ἱερῷ (πατὴρ δὲ ἦν ὁ Χελκίας Ἱερεμίου τοῦ προφήτου) προσκομίζει τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ (εὐλαβὴς γὰρ ἦν) τὸ

Hesaias, Oseë et Michaeas prophetarunt. sub hoc Salmanasar, Assyriorum rex, Samaritanos in Mediam et Babyloniam traduxit custodiendos; imperitabat autem illo tempore Oseë propheta et annus fuit Esekiae regni sextus. hic Esekias anguem, quem Moses suspenderat, fregit, quod ei tus accendebat populus; idem etiam Solomonis librum, cui cuiusvis morbi remedia inscripta erant, delevit. his temporibus Thales Milesius Tenedi mortuus est et Sibylla Erythraea innotuit.

Manasses, Esekiae filius, 55 annos regnavit, homo impurissimus neque minus quam Chananaei idolis inserviens. narratur autem postmodum pie vixisse. sub eo Hesaias propheta e vita excessit. iis temporibus Romulus in senatu membratim caesus sepultus est, post regnum 38 annorum, Olympiade 16. Amos, Manasse filius, patrem excepit et duos annos regnavit. his temporibus Midas, Phrygiae rex, mortuus est, quem tunc temporis asini aures habuisse dicebant. Iosian Amos patrem secutus, puer 8 annorum regno potitus 31 annos regnavit. anno eius imperii 18 Chelkias sacerdos in templo libellum invenit (pater autem fuit Chelkias Ieremiae prophetae) et regi attulit.

τε πάσχα κυρίῳ ἐπετέλει ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ υἱοῦ τοῦ Ναυῆ τοιοῦτον μὴ γενόμενον, καὶ τῶν ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον ἐξεληλυθότων τὰ ὀστᾶ συναγαγὼν ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ κατέκαυσε τῶν εἰδώλων, καὶ πάντα καταστρεψάμενος εὐσεβείας τῷ λαῷ παρεῖχεν ὑποδείγματα. φασὶ δὲ τὸν Χελκίαν ἀναγνόντα τὸ βιβλίον παραυτίκα διαπεφωνηκέναι. προεφήτευον δὲ ἐπὶ τούτου Ἱερεμίας ὁ τοῦ Χελκίου καὶ Σοφονίας, καὶ Ἡλιβὰ γυνὴ Σελεὶμ τοῦ ἱματιοφύλακος τοῦ ἱερέως· ἦν δὲ καὶ ψευδοπροφήτης Ἀνανίας. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο, καὶ τὸ Βυζάντιον ἐκτίσθη ὑπὸ Μεγαρέων.

Ἰωάχαζ υἱὸς Ἰωσίου, τὸν πατέρα διαδεξάμενος, βασιλεύει μῆνας τρεῖς. Νεβὰδ δὲ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐπιστρατεύσας τῇ Ἱερουσαλὴμ καὶ χειρωσάμενος τὸν Ἰωάχαζ εἰς Αἴγυπτον αἰχμάλωτον ἀπάγει, καὶ καθίστησιν ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ τὸν Ἰωακεὶμ καὶ τὸν Ἐλιακείμ· ὁ ἀδελφὸς Ἰωάχαζ. οὗτος τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη ια΄. ἐπὶ τούτου Ναβουχοδονόσορ ἐξάρας ἀπὸ Βαβυλῶνος πάσης Αἰγυπτίας ἐπεκράτησε γῆς, καὶ τῶν Αἰγυπτίοις πλησιοχώρων οὐκ ὀλίγην ἀποσπάσας ἐκέκτητο, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ χειμάρρου Αἰγυπτίου ἕως τοῦ ποταμοῦ Εὐφράτου, καὶ τὴν Ἰουδαίαν ὑπόφορον ἅπασαν κατέστησε· καὶ ἐδούλευσεν Ἰωακεὶμ τῷ Ναβουχοδονόσορ ἔτη γ΄. ἐπὶ τούτου

ille (probus enim erat) et pascha deo celebravit, quod inde a Iesu, Naue filii, temporibus nunquam factum erat, et eorum, qui in impietate e vita discesserant, collecta ossa in altaribus idolarum combussit et omnibus rebus immutatis pietatis exemplum populo exhibuit. dicunt autem Chelkian, quum libellum legisset, statim exspirasse. prophetarunt sub eo Ieremias, Chelkiae filius, Sophonias et Heliba, uxor Selim, vestispici sacerdotis. erat etiam falsus propheta Ananias. hisce temporibus Sibylla Samia innotuit et a Megarensibus Byzantium conditum est.

Ioachas Iosiae filius, patrem secutus tres menses regnavit. Nebad, Aegypti rex, Hierosolyma cum exercitu contendit et victum Ioachas captivum in Aegyptum duxit, rege Hierosolymorum constituto in eius loco Ioakim, qui etiam Eliakim vocatur; frater hic erat Ioachas. hic regnum suscepit et 11 annos administravit. sub hoc Nabuchodonosor, exorsus a Babylone totius Aegypti potitus est, et populis Aegyptiorum viciniis non parvam terram abstulit, quam suis addidit; i. e. ab Aegyptiorum fluvio usque ad Euphratem. idem omnem Iudaeam tributariam fecit; serviitque ei Ioakim tres annos. sub eo prophetarunt

προφητεύουσιν Ἱερεμίας καὶ Βουζὶ καὶ Οὐρίας ὁ τοῦ Σαμέου, ὃν καὶ φυγόντα εἰς Αἴγυπτον Ἰωακεὶμ συλλαβόμενος ἀναιρεῖ. τοῦτον τὸν Ἰωακεὶμ δήσας χαλκείοις δεσμοῖς ὁ Ναβουχοδονόσορ εἰς Βαβυλῶνα ἀπήγαγε· μεθ' οὗ ἀπῆλθον αἰχμάλωτοι Δανιὴλ καὶ Ἀνανίας Μισαὴλ τε καὶ Ἀζαρίας. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἐπίδαμνος ἐκτίσθη καὶ μετωνομάσθη Δυρράχιον. Ἰωακεὶμ ὁ καὶ Ἰεχονίας, τὸν πατέρα Ἐλιακεὶμ διαδεξάμενος, βασιλεύει μῆνας τρεῖς. πολιορκοῦντος τὴν Ἱερουσαλὴμ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐν ἔτει ὀγδόῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ὑπεξελθὼν Ἰωακεὶμ τῆς πόλεως σὺν Ἐσθᾷ τῇ μητρὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ προσπίπτει τῷ Ναβουχοδονόσορ· ὁ δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐδαφίζει καὶ τούτους αἰχμαλώτους ἀπάγει σὺν ἄλλοις πολλοῖς, μεθ' ὧν ἀπήχθη καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιήλ. καθίστησι δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῶν ὑπολοίπων ἡγεμόνα τὸν Μανθανίαν, πατράδελφον αὐτοῦ, Σεδεκίαν αὐτὸν μετονομάσας, ὅρκους παρ' αὐτοῦ κατὰ τοῦ θεοῦ περὶ τοῦ μὴ ἀποστῆναι κομισάμενος.

Συνάγεται τοίνυν ἀπὸ πρώτου ἔτους Ἄχαζ καὶ πρώτης Ὀλυμπιάδος μέχρι τῆσδε τῆς μετοικεσίας ἔτη ρμα', ἀπὸ δὲ Σαοὺλ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἑβραίων ἔτη υς', ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἔτη ͵αρ', ἀπὸ δὲ Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βχ', ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἔτη ͵δωοβ'.

Φυλαττομένης δὲ ἡμῖν τῆς τῶν χρόνων ἀκολουθίας διὰ τῆς τῶν ἐκ Δαυὶδ ἡγεμονίας, οὐκ ἄτοπον οἶμαι τῶν ἐπὶ Σα-

Ieremias et Busi et Urias Sameae filius, quem in Aegyptum fugientem Ioakim necavit. hunc Ioakim ferreis vinculis vinctum Nabuchodonosor Babylonem abduxit. cum eo captivi profecti sunt Daniel et Ananias, Misael et Asarias. hisce temporibus Epidamnus condita, quae mutato nomine Dyrrhachium dicta est. Ioakim, qui etiam Iechonias vocatur, Eliakim patrem excepit et tres menses regnavit. obsessis a Nabuchodonosore Hierosolymis anno eius imperii octavo Ioakim ex urbe egressus cum Estha matre suisque omnibus obviam factus est Nabuchodonosori; hic vero et urbem delevit et illos captos cum aliis multis, in quibus Iesekiel propheta, abduxit. constituit autem pro illo relictorum dominum Manthaniam, avunculum eius, quem Sedekian nominavit et per deum iurare coegit, se non defecturum.

Fuerunt igitur a primo anno Achas et prima Olympiade usque ad hanc migrationem anni 141; a Saul, primo Hebraeorum rege, anni 406; a morte Iesu, Naue filii anni 1100; a Noe et diluvio anni 2600; ab Adamo anni 4872.

Iam cum rationem habuerimus temporum in regibus ex Davide

μάρειαν ἡγησαμένων ἐν παρεξόδῳ τοὺς χρόνους ἐπιδραμεῖν. τελευτήσαντος τοῦ βασιλέως Σολομῶντος Ῥοβοὰμ ὁ τούτου παῖς ἀνέρχεται εἰς Σίκιμα· ἐκεῖ γὰρ ὁ λαὸς συνήθροιστο ὥστε καταστῆναι ὑπ' αὐτῶν βασιλέα. μέλλοντι δὲ αὐτῷ χρίεσθαι προσῆλθεν ὁ λαὸς παρακαλῶν ἀπὸ τοῦ πλήθους κουφισθῆναι τῶν τελεσμάτων ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Σολομῶν ἐφορολόγει τὸν λαόν. ὁ δὲ τρεῖς ἡμέρας πρὸς διάσκεψιν καὶ τὴν τοῦ δέοντος ἀπόκρισιν λαβών, καὶ παρὰ μὲν τῶν πρεσβυτέρων ἀκούσας κουφισθῆναι τὸν λαόν, παρὰ δὲ τῶν ὁμηλίκων ἐπιφορτίσαι μᾶλλον, τούτοις πεισθεὶς κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν τὴν τῶν νεολαίων συμβουλίαν πρὸς τὸν λαὸν ἀποκρίνεται. οἱ δὲ ἀναχωροῦσιν ἀποταξάμενοι τῇ ὑπ' αὐτῷ ἀρχῇ, καὶ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ καθιστῶσιν ἐφ' ἑαυτῶν τὸν Ἱεροβοὰμ τὸν τοῦ Ναβὰτ καὶ Σαρίρας γυναικὸς ἑταίρας υἱόν, ἐκ φυλῆς ὁρμώμενον τῆς Ἐφραίμ, βασιλέα, παραμένουσι δὲ τῷ Ῥοβοὰμ ἡ τοῦ Ἰούδα καὶ τοῦ Βενιαμὶν φυλή. ἐξ ἐκείνου διαιρεθεὶς ὁ λαὸς ἰδίᾳ ἕκαστον μέρος καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν τῆς βασιλείας οἶκον ἐκέκτητο, καθάπερ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἴρηται.

Ἱεροβοὰμ τοίνυν ὁ τοῦ Ναβὰτ βασιλεύει ἐν τῇ Σαμαρείᾳ ἔτη κβ'. ἐπὶ τούτου προφητεύει ὁ Σιλωνίτης. ἐπὶ αὐτοῦ Σουλακεὶμ ὁ Αἰγύπτιος στρατεύσας ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ πάντας ἀφαιρεῖται τοῦ ναοῦ τοὺς θησαυροὺς καὶ τοὺς τοῦ βασιλέως αὐτῶν Ἱεροβοάμ. Ναβὰτ τὸν Ἱεροβοὰμ διαδεξάμενος ὁ υἱὸς

16. διαγρευθεὶς C

ortis, non ineptum videtur, etiam Samariae regum breviter tempora enumerare. mortuo Solomonte rege Rhoboam, eius filius, Sikimam se contulit, ibi enim regis creandi causa convenerat populus. cumque iam in eo esset, ut ungeretur, adiit eum populus petiitque ut diminueret tributorum multitudinem, quae Solomon populo imposuerat. qui quum triduum sibi ad reputationem et responsionem sumsisset, et a senioribus audisset relevandum esse populum, ab aequalibus autem, magis premendum, his obsecutus tertio die iuniorum consilium ut responsum populo aperuit. illi autem secessione facta ab eius imperio defecerunt. tum 10 tribus regem sibi constituerunt Ieroboam, Nabat et Sarirae pellicis filium, ex Ephraim tribu oriundum. remanserunt apud Rhoboam Iuda et Beniamin tribus. ex illo tempore disiuncto populo utraque pars nomen et regiam proprium habuit, ut supra dictum est.

Ieroboam igitur, Nabat filius, Samariae regnavit annos 22. sub eo prophetavit Silonites. sub eodem Sulakim Aegyptius cum exercitu profectus Hierosolyma omnes templi thesauros abstulit et Ieroboam regis. Nabat patrem Ieroboam excepit duosque annos regnavit.

βασιλεύει ἔτη β'. Βαασὰ ὁ υἱὸς Ἐχεὶμ τὸν Ναβὰτ ἀποκτείνας βασιλεύει ἐν Σαμαρείᾳ ἔτη κδ'. προφητεύει ἐπὶ τούτου Ἰοῦ υἱὸς Ἀνανίου. Ἤλα τὸν πατέρα διαδεξάμενος Βαασὰ βασιλεύει ἔτη δύο. Ζαμβρῆ ὁ τῶν ἁρμάτων τὴν ἡγεμονίαν ὑπὸ τοῦ Ἤλα ἐγχειρισθεὶς ἀναιρεῖ τοῦτον, καὶ πάντα αὐτοῦ διαφθείρας τὸν οἶκον βασιλεύει μῆνας ἑπτά. Ζαμβρῆ ὁ τῆς στρατείας ἡγεμὼν τῷ Βαμβρῆ βασιλεύοντι ἐπανίσταται· ὡς δ' ἐν πολλοῖς ἐδόκει κατὰ κράτος νικᾶν, πυρὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφάψας ὁ Ζαμβρῆ τούτῳ συναπόλλυται. στασιάζοντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ περὶ βασιλέως, καὶ τοῦτον μὲν ἐνίων αἱρουμένων ἑτέρων δὲ Θαμνῆ υἱὸν Γονάθ, καὶ τῶν τοῦ Ζαμβρῆ κρατησάντων, βασιλεύει ἐπὶ Σαμάρειαν ἔτη δώδεκα. Ἀχαὰβ τὸν πατέρα Ζαμβρῆ διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη εἰκοσιδύο. τοῦτον Ἰεζάβελ ἡ γυνὴ (θυγάτηρ δὲ ἦν αὕτη Εἰσβάαλ βασιλέως Σιδωνίων) τὴν θεοσέβειαν ἠπάτησεν ἐξορχήσασθαι.

Μιχαίας ὁ προφήτης ἦν ἐπὶ Ἀχαὰβ διαδησάμενος τὴν κεφαλὴν τελαμῶνι καὶ ὀνειδίσας αὐτὸν διὰ τὸν Ἄδερ. κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν συμβαίνει κτισθῆναι τὴν Ἱεριχώ, κτίζει δὲ ταύτην Ἄχαρ ἀπὸ Βαιθήλ, ἐν τῇ θέσει τοῦ θεμελίου Ἀβειρὼν τὸν πρωτότοκον ἀποβαλὼν υἱὸν κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ χρησμῳδίαν, Σεγοὺρ δὲ τὸν νεώτερον ἐπὶ συντελείᾳ τῆς πόλεως. ἐπὶ τούτου προφητεύουσιν Ἠλίας καὶ Ἀβδιοῦ. κρυπτόμενος δὲ ἀεὶ Ἀβδιοῦ διετέλει καὶ τοὺς ἄλλους ἀποκρύπτων προφήτας, τὴν ἐξ Ἰεζάβελ δεδιὼς ἐπιβουλήν. χρίει δὲ ἐπὶ τέλει ὁ Ἠλίας τὸν Ἐλισσαῖον

2. τούτοις C 9. τούτων C

Baasa, Echim filius, occiso Nabat 24 annos regnavit; prophetavitque sub eo Iu, Ananiae filius. Ila patrem secutus Baasam duos annos regnavit. Sambre qui curribus ab Ila praepositus erat, illum occidit omnique eius familia exstincta 7 menses regnavit. Sambre dux exercitus contra Bambre regem surrexit. quumque multis in partibus pervincere videretur, Sambre rebus suis combustis in iis periit. dissidio inter Israelitas orto de rege creando, quum pars hunc praeferret, ceteri Thamne Gonath filium, superiores facti sunt, qui a Sambre parte stabant. hic 12 annos Samariae regnavit. Achaab, Sambre patrem secutus 22 annos regnavit. hunc Iesabel uxor, Eisbaal filia Sidonum regis, induxit ut pietatem insultaret.

Michaeas propheta sub Achaab vixit, capite vitta cincto, qui illum propter Ader vituperavit. illo tempore accidit, ut Iericho aedificaretur ab Achar a Baethel oriundo, qui cum fundamentum iaceret Abiron, maximum natu filium deiecit secundum Iesu vaticinium, et exaedificata urbe Segur iuniorem. sub hoc prophetavere Elias et Abdiu; latensque semper degebat Abdiu, ceterosque prophetas occultabat, Iesabel

εἰς προφήτην. προεφήτευε δὲ ἔτι καὶ Μιχαίας. Ὀχοζίας τὸν Ἀχαὰβ διαδεξάμενος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη δύο, καὶ ἐπὶ τούτου προφητεύουσιν Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος. Ἰωρὰν ὁ τούτου ἀδελφὸς διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν βασιλεύει ἔτη ιβ'. ἐπ' αὐτοῦ Ἠλίας ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς γῆς. ἐπὶ τούτου λιμώξαντες οἱ κατ' ἐκείνην τὴν περίχωρον, τὰ ἴδια σφάξαντες τέκνα τῶν σαρκῶν ἀπεγεύσαντο, καὶ ἐν κόπρῳ περιστερᾶς ἀντὶ ἁλὸς ἀποβαπτόμενοι ἐχρῶντο. Ἰοῦ υἱὸς Σαφὰτ τοῦ Ναμεσῆ, ὑπὸ Ἐλισσαίου χρισθεὶς εἰς βασιλέα ἐπὶ Σαμαρείας, πάντα τοῦ Ἀχαὰβ ἐτιμωρήσατο τὸν οἶκον· αὐτὸν μὲν γὰρ τὸν βασιλέα Ἰωρὰν κατατοξεύσας ἀναιρεῖ, εὑρὼν θεραπευόμενον τὰ τραύματα, κρημνῷ δὲ Ἰεζάβελ τὴν τούτου διαχειρίζεται μητέρα, καὶ ἑβδομήκοντα τοῦ Ἀχαὰβ υἱοὺς διαχειρισάμενος προὔθηκεν αὐτῶν ἐπὶ τὰς διεξόδους τὰς κεφαλάς. ἔπειτα συναγαγὼν ἅπαντας τοὺς τοῦ Βάαλ προφήτας καὶ ἱερεῖς καὶ δήμους, δημοτελῆ θυσίαν ἐπιτελεῖν προσποιησάμενος, πάντας ὑφ' ἓν ἀποσφάττει, καὶ τὸ εἰδωλεῖον κατασκάπτει, καὶ καθίστησιν αὐτὸ λυτρῶνα· ἐβασίλευσε δὲ ἔτη κη'. ἐπροεφήτευσε δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τούτου Ἐλισσαῖος.

Ἰωάχαζ τὸν πατέρα Ἰοῦ διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη ιζ'. ἔτι καὶ ἐπὶ τούτου Ἐλισσαῖος ἐπροφήτευε καὶ ἐτελεύτησεν. Ἰωὰς υἱὸς Ἰωάχαζ βασιλεύει μετ' αὐτὸν ἔτη ις'. Ἱεροβοὰμ τὸν Ἰωὰς διαδεξάμενος ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη μα', ἐπροεφή-

15. τοῦ] τῆς C 18. λύτρωμα C 20. Ἰούδα C

insidias metuens. postremo Elias Elissaeum prophetam unxit, prophetante etiamtum Michaea. Achaab excepit Ochosias filius regnavitque duos annos; sub eo Elias et Elissaeus prophetarunt. Ioran, illius frater, regnum suscepit et 12 annos administravit. sub eo Elias a terra sublatus est. quum sub hoc regionis illius incolae fame vexarentur, proprios liberos mactabant et carne vescebantur, imbuta salis loco columbarum stercore. Iu, Saphat filius nepos que Namese, ab Elissaeo rex unctus Samariae totam Achaab domum ultus est; ipsum enim Ioram regem sagittis percussit, quum medentem vulneribus invenisset, in praecipitio Iesabel, matrem illius, necavit et 70 filiorum Achaab, quos trucidaverat, capita in viis collocavit. tum omnibus Baal prophetis et sacerdotibus et populo arcessitis, simulato publico sacrificio, omnes necavit, et illud piaculum fecit. regnavit 28 annos prophetante etiam sub eo Elissaeo.

Ioachas Iu patrem secutus 17 annos regnavit; sub eo Elissaeus adhuc prophetavit mortuusque est. Ioas, Ioachae filius, regnavit post eum 16 annos. Ieroboam Ioam patrem secutus annos 41 regnavit, sub

τευον δὲ ἐπ' αὐτοῦ Ἰωνᾶς καὶ Ἀμώς. Ζαχαρίας τὸν πατέρα Ἱεροβοὰμ διαδεξάμενος ἐβασίλευσε μῆνας ἕξ. Σελὰμ τὸν Ζαχαρίαν ἀνελὼν ἐβασίλευσε μῆνα α'. Μαναεὶμ ὁ τοῦ Γαδῆ τὸν Σελὰν ἐπαναστὰς ἐβασίλευσεν ἔτη δέκα. οὗτος μὴ δεξαμένους αὐτὸν τοὺς ἐν Θεσσᾷ χειρωσάμενος ἀναιρεῖ, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας διαρρήσσει. Φαλκίας ὁ τοῦ Μαναεὶμ υἱὸς τὸν πατέρα διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. Φακεὲ ὁ τοῦ Ῥομελίου τὸν Φαλκίαν ἀνελὼν ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι. ἐπὶ τούτου Θεγλαφαλασὰρ ὁ Ἀσσυρίων βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπιστρατεύσας τὰ πλεῖστα τῆς γῆς αὐτῶν σφετερίζεται. Ὡσηὲ μετὰ τὸν Φακεὲ ὁ τοῦ Ἦλα βασιλεύει ἔτη θ'. ἐπὶ τούτου Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπιστὰς τῆς Σαμαρείας αὐτόν τε ἀπάγει αἰχμάλωτον καὶ πάντα σὺν αὐτῷ τὸν Ἰσραήλ, καὶ κατοικίζει αὐτοὺς ἐν Ἀλαὲ καὶ Ἀβὼρ Μηδικαῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ ποταμῷ Γοζᾶν, ἔνθα τῆς εἰς θεὸν παραβάσεως δίκας ἐκτίνουσι κακουχούμενοι.

Ὁ δὲ Ἀσσύριος Βαβυλωνίους ἐν Σαμαρείᾳ πεμψάμενος, ἄνδρας αἰσχρῶς καὶ ἀνόμως βεβιωκότας, οἰκεῖν αὐτόθι ἐκέλευσε. τούτους ὁ θεὸς λέοντας ἐξαποστέλλων διέφθειρε. πυθόμενος δὲ ὁ βάρβαρος, καὶ συνεὶς ἐπὶ τῆς γῆς δέον ἐκείνης τὴν κατὰ νόμον θεῷ λατρείαν ἐπιτελεῖσθαι, ἕνα τῶν ἱερέων ἐξαποστείλας τὰ νομιζόμενα αὐτόθι ποιεῖν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ καταμένων ἐν Βαθὴλ τόν τε νόμον αὐτοὺς ἐξεπαίδευσε καὶ

4. *δεξάμενος* C 23. *τόν τε*] *τόν τε τὸν* C

quo prophetarunt Ionas et Amos. Zacharias, Ieroboam patrem secutus 6 menses regnavit. Selam Zacharia interfecto unum mensem regnavit. contra Selam Manaim, Gade filius, seditionem excitavit regnavitque annos 10. hic Thessae incolas se non excipientes, victos trucidavit gravidasque feminas laceravit. Phalkias, Manaim filius, patrem secutus duos annos regnavit. Phakae, Rhomeliu filius, Phalkia trucidato 20 annos regnavit. sub hoc Theglaphalasar, Assyriorum rex, Iudaeae bellum inferens maximam terrae partem expugnavit. post Phakee Osee, Ilae filius, 9 annos regnavit. sub hoc Salmanasar, Assyriorum rex, orsus contra Samariam ipsum regem captivum omnesque cum eo Israelitas abduxit, et domicilia iis tribuit in Alae et Abor, Medicis urbibus et ad Gosan fluvium, ubi miseria afflicti poenas impietatis solverunt.

Assyrius Babylonios in Samariam misit, homines impie et sine legibus viventes eosque ibi habitare iussit. Eos deus immissis leonibus delevit. barbarus quum haec audisset comperissetque necesse esse, in illa terra secundum legem dei cultum institui, unum e sa-

τὸν θεὸν σέβεσθαι ἐδίδασκε, καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου συμβαίνει τὴν γῆν ἐκ τῶν λεόντων ἠρεμῆσαι. τούτους εἰσέτι Σαμαρείτας ἀπὸ τῆς χώρας προσαγορεύουσι, διὸ καὶ ἀλλόκοτοι τὰς προαιρέσεις, διὰ δὲ τὴν τοῦ νόμου διδασκαλίαν βραχεῖαν ἔχουσι θεοσεβείας ἔμφασιν· καὶ γὰρ οὐδὲ τῆς δεκαλόγου πλεῖον παραλαβεῖν ἠξιώθησαν. ἐνταῦθα τῆς Ἰσραηλιτικῆς βασιλείας οἱ χρόνοι κατέληξαν εἰς ἔτη τριακόσια τρία καὶ μῆνας ἑπτά, ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ Ἱεροβοὰμ τοῦ Ναβάτ, καταλήξαντες δὲ εἰς Ὠσηὲ τὸν τοῦ Ἤλα καὶ τὴν ὑπὸ Σαλμανασὰρ τοῦ Ἰσραὴλ μετοικεσίαν ἀπὸ Σαμαρείας εἰς Μηδίαν. ἤκμαζε δὲ καὶ ἡ προκειμένη τοῖς ἐκ Δαβὶδ βασιλέως, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ δεκάτου τῆς τοῦ Σαοὺλ ἔχουσα μοναρχίας, καταλήξασα δὲ ἐπὶ τὸν τριμηναῖον Ἰωακείμ· τοῦτον γὰρ ὁ Ναβουχοδονόσορ Ἰούδα πορθήσας μετῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα.

Ἀκόλουθον λοιπὸν ἐπιδραμεῖν τοῖς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα τῆς αἰχμαλωσίας ἔτεσιν ἡγησαμένοις. ἄχρι τούτου τοῦ τελευταίου Ἰωακεὶμ συνάγονται ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ͵δωοβ΄. λοιπὸν οὖν τοὺς ἐφεξῆς χρόνους ἀπὸ τοῦ α΄ ἔτους Σεδεκίου δεῖ ψηφίζειν. ἐκπορθήσας ὁ Ναβουχοδονόσορ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν Ἰωακεὶμ εἰς Βαβυλῶνα σὺν τοῖς ἄλλοις ἀπαγαγών, Μανθανίαν δὲ τὸν τούτου ἀδελφὸν τῶν ἐπιλοίπων βασιλέα κατα-

10. Μήδειαν C

cerdotibus misit, qui quae ibi sancita essent, obiret. hic Bathel habitans et legem eos docuit et dei venerationem; et ita ex eo tempore factum est, ut terra leonibus liberaretur. eos etiamnunc a terra Samaritas appellant; quare etiam singularibus sunt moribus, et quod legem edocti sunt, brevem habent divini cultus speciem, nam nihil praeter decalogum aliud accire voluerunt. tum Israelitarum regnum concidit postquam floruit 303 annos et 7 menses; initium fuerat regno Ieroboam, Nabat filii, finis in Osee regis, Ilae filii et migratione ex Samaria in Mediam, quae fuit sub Salmanasare. florebat etiamtum regnum sub regibus e gente Davidis, quae iuceperat decimo anno regni Saul finitaque est trimestri regno Ioakim; hunc enim Nabuchodonosor everso Iudaeorum regno Babylonem traduxit.

Reliquum igitur est memorare eos, qui 70 captivitatis annis populo praefuerunt. usque ad hunc ultimum Ioakim sunt ab Adamo anni 4872. iam igitur quae sequuntur tempora a primo Sedekiae anno numeranda sunt. Nabuchodonosor, deletis Hierosolymis quum Ioakim et ceteros Babylonem duxisset et Manthanian illius fratrem relictorum regem constituisset, quem etiam Sedekian nominavit, concessit ut pace

στήσας, ὃν καὶ Σεδεκίαν μετωνόμασε, ἐπὶ τῆς οἰκείας γῆς μεθ' ἡσυχίας μένειν ἐδίδου, κομιζόμενος ἀπὸ τοῦ Σεδεκίου τὰς ἐτησίους ἀποφοράς. ἐπ' ἐννέα μὲν ἔτη τούτου τὰ τέλη παραπέμποντος ἡσύχασεν ὁ Ἰσραήλ· κατὰ δὲ τοῦτον ὁ Σεδεκίας τὸν ἐνιαυτὸν ἀποστάς, καὶ πάσῃ τὸν θεὸν καὶ τὸν βασιλέα παραλογισάμενος ἀγνωμοσύνῃ, παρορμᾷ πάλιν κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων τὸν Ναβουχοδονόσορ. ὁ δὲ τὴν πόλιν δευτέρῳ πολιορκῶν ἔτει χειροῦται, καὶ τὸν ναὸν ἐμπιπρᾷ, καὶ τοῦ Σεδεκίου κατ' ὄψιν ἀνεῖλε τοὺς παῖδας, κἀκεῖνον ἐκτυφλώσας καὶ πέδαις περιβαλὼν ἅμα παντὶ τῷ λαῷ κατάγει εἰς Βαβυλῶνα, Γολίαν τῶν ἐπιλοίπων ἡγεμόνα καταστήσας, υἱὸν Ἀχικάν. καὶ τοῦτο μὲν οἱ δυνατοὶ τῶν αὐτόθι κατέλιπον, καὶ ἀνελόντες ἀναχωροῦσι, δεδιότες τοὺς Χαλδαίους, ἀπάραντες εἰς Αἴγυπτον, ἔνθα μετ' οὐ πολὺ διαφθείρονται, ζηλωταὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς γενόμενοι δεισιδαιμονίας.

Σεδεκίας δὲ ἀπάγεται τὰ πάντα βασιλεύσας ἔτη ια'. ἦν ἀρχιερεὺς ἐπ' αὐτοῦ Ἀρέας, καὶ προεφήτευον ἐν μὲν τῇ Ἰουδαίᾳ Ἱερεμίας ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι Δανιήλ· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς Σεδεκίου βασιλείας ἔτος ἐμήνυσέ τε καὶ διέκρινε τὸ ἐνύπνιον τῷ Ναβουχοδονόσορ. ὁ δὲ Ἰεζεκιὴλ κατὰ τὸ πέμπτον αὐτῶν ἔτος προεφήτευεν. ἔπειτα προφητεύει Ναοὺμ καὶ Μαλαχίας. τοῦ Σεδεκίου τελευτήσαντος ἐν Βαβυλῶνι εἰς τὸν ἐπίλοιπον τῆς ἑβδομηκονταετίας χρόνον, μετὰ ἕνδεκα ἔτη τῆς τοῦ Σεδεκίου βασιλείας ἤρξαντο οἱ

1. κατωνόμασε C 12. τοῦτον? 17. αὐτοῖς C 20. τε] δὲ C

Leo Salibaras Theodorum abbatem Euchaitarum archiepiscopum, ceu virum pietate insignem miraculisque clarum, et futurorum notitia celebrem, ad Photium patriarcham adducit. hunc Photius ad imperatorem Basilium defert et ad eius conspectum sistit. quo delectatus imperator (eius quippe desideriis sese episcopus componebat) virum in pretio habuit. maerore etenim perpetuo ob filii Constantini mortem, cui summopere afficiebatur, vexabatur imperatoris animus, et continuo amoris philtro tabescebat: eum idcirco deludebat episcopus, et vivum se ostensurum pollicebatur; quod et praestitit. ad saltum quippe obambulanti imperatori spectrum quoddam Constantini specie, equo insidens et auro vestibus intertextis vestitum, occurrit; quod ubi perspexit oculis, in amplexus irruens deosculatus est, eoque disparente tantum vidisse coniiciebat, et huc usque delusus est. eam ob rem monasterium ibidem constructum S. Constantini nomine insignivit. his et generis huiusmodi plurimis ex Apollonii disciplina probe perspectis, praefatus Santabarenus multam sibi fiduciam apud imperatorem comparavit. Leoni porro imperii consorti Martinacii filiam locaverat imperator, quam celebratis ad Magnauram et in no-

τοις. κατηγορήθη δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Σανταβαρηνοῦ
εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὡς ὅτι μαχαίριον ἐπιφέρεται βουλό-
μενος ἀνελεῖν σε μετ' αὐτοῦ· ὅπερ αὐτὸ μαχαίριον διὰ δο-
λίας συμβουλῆς ἐποίησε Λέοντα κατασκευάσαι καὶ φέρειν
70 ἐν τῷ τουβίῳ, εἰπὼν αὐτῷ ὅτι πολλάκις τοῦ πατρός σου ἐπι-
D ζητοῦντος μαχαίριον διὰ χρείαν τινά, ἵνα τί μὴ ἐπίδῳς αὐ-
τό; καὶ τοῦτο κατασκευάσας Λέων ὁ βασιλεύς, διαβληθεὶς
παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ καὶ φωραθεὶς ἐν τῷ τουβίῳ τοῦτο
βαστάζων, πολλὰ περὶ τούτου ἀπολογούμενος οὐκ ἠκούετο.
ἐτύφθη οὖν Νικήτας ὁ πρωτοβεστιάριος αὐτοῦ, ὃς γέγονεν
παπίας ἐπὶ Ῥωμανοῦ βασιλέως, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτοῦ πολλὰ
δεινὰ πεπονθότες ἐξωρίσθησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς Λέοντα κα-
θείρξας ἐν τῷ τρικλινίῳ τὸν Μαργαρίτην ἐβούλετο ἐκτυφλῶ-
σαι αὐτόν, εἰ μὴ Φώτιος ὁ πατριάρχης διὰ πολλῶν παρα-
κλήσεων τοῦτο διεσκέδασεν ἅμα Ζαούτζα Στυλιανῷ μικρῷ
ἑταιριάρχῃ. ἐποίησεν δὲ ἀπὸ ὄψεως μῆνας τρεῖς, θρηνῶν
P. 474 καὶ ὀδυρόμενος καὶ δι' ἐπιστολῶν πολλὰ δυσωπῶν τὸν βασι-
λέα. μεγάλην δὲ πίστιν τοῦ βασιλέως ἔχοντος εἰς τὸν ἅγιον
71 Ἠλίαν, ἀποσυνοψίζει Λέων ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ τοῦ ἁγίου
Ἠλίου μνήμῃ. τῆς δὲ προελεύσεως γενομένης ἰδόντες αὐτὸν
οἱ λαοὶ ἐπεφώνησαν τὸ "δόξα σοι ὁ θεός." ὁ δὲ βασιλεὺς
ἀντιστραφεὶς ἀπελογίσατο αὐτοῖς "δοξάζετε περὶ τοῦ υἱοῦ

vemdecim accubitis nuptiis coronaverat Augustam. exinde imperator Leo ad patrem a Santabareno reus defertur: "gladium gerit, et eo te confodere meditatur." gladiolum illum dolosis suasionibus sibi comparare Leonem fecerat, et in tibiali gestare, dicens ei "patre tuo gladium saepe saepius ex necessitate aliqua requirente, cur tu paratum non exhibes?" imperator itaque Leo gestare disposuit, et eam ob rem a Santabareno calumniam passus est; illumque tibiali tenere deprehensus, defensione quavis instituta, nullatenus audiebatur. eapropter Nicetas, qui Romano imperatore papias factus est, verberibus plurimis caesus est, aliique cum eo plures gravissima perpessi exilio relegati sunt. imperator autem Leonem in custodiam ad Margaritae triclinium coniectum excaecare meditabatur, nisi precibus plurimis una cum Zautza Styliano, hetaeriarcha minore, Photius consilium dissipasset. imperatoris itaque conspectu privatus menses tres, sortem deflens ac plorans et frequentibus scriptis imperatorem interpellans egit. devotione vero summa et in S. Eliam fiducia ferebatur imperator Basilius: Leo quoque ad S. Eliae memoriam in vigiliis noctem egit. imperatore mox solemni processu incedente, videntes eum populi turmae exclamaverunt "gloria tibi deus." imperator conversus respondit eis "filii mei causa laudatis deum? calamitates ab eo pa-

μου τὸν θεόν; πολλὰς θλίψεις ὑπ' αὐτοῦ ἔχετε ὑπομεῖναι καὶ ἐπωδύνους ἡμέρας." κατηγορήθη δὲ Ἀνδρέας δομέστικος τῶν σχολῶν παρὰ Σανταβαρηνοῦ πρὸς τὸν βασιλέα ὡς τὰ Λέοντος φρονῶν, καὶ διεδέχθη παρὰ τοῦ βασιλέως. ἀντ' αὐτοῦ δὲ προσεβλήθη δομέστικος ὁ Στουπιώτης, καὶ ἀπελθὼν μετὰ B λαοῦ ἐν Τάρσῳ ἡττήθη. καὶ πάλιν προχειρίζεται παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀνδρέας δομέστικος.

Ἐγένετο δὲ σκευὴ κατὰ τοῦ βασιλέως παρὰ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα δομεστίκου ὄντος τῶν Ἱκανάτων, χρηματισθέντος παρὰ τοῦ ὄντος ἐν Βλαχέρναις ἐγκλείστου· εὑρέθησαν δὲ πολλοὶ μετ' αὐτοῦ τῶν συγκλητικῶν καὶ λοιπῶν ἀρχόντων, μέχρι τῶν ἑξήκοντα ἕξ. ἦν γὰρ Μιχαὴλ ὁ ἑταιριάρχης καὶ ὁ Κατουδάρης καὶ ὁ Μυξάρης καὶ ὁ Βαβούτζικος καὶ οἱ λοιποί. τῆς γὰρ τοιαύτης ἐπιβουλῆς μηνυθείσης τῷ βασιλεῖ παρὰ τοῦ πρωτοβεστιαρίου τοῦ Κουρκούα * * * κατελθόντων C δὲ πάντων ἐξελθὼν βασιλεὺς ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ καθεσθεὶς ἐκεῖσε καὶ ἀνακρίνας τὰ κατ' αὐτούς, πάντας τύψας καὶ κουρεύσας, τὰς ἔτι περιλειφθείσας τρίχας κατέκαυσεν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξῆλθεν ἐν τῇ προελεύσει τοῦ εὐαγγελισμοῦ, ὅτε καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἔμελλον ποιῆσαι. περιεπάτουν δὲ ὄπισθεν αὐτοῦ γυμνοὶ μέχρι τοῦ φόρου, δεδεμένοι, καθὼς διωρίσατο· εἶθ' οὕτως πάντας δημεύσας ἐξώρισεν.

tiemini plurimas, et lugubres ab eo dies sustinebitis." accusatus est pariter Andreas scholarum domesticus a Santabareno apud imperatorem, quasi Leonis consiliorum particeps, et ea propter ab imperatore dignitate motus est, et in eius locum Stupiotes domesticus suffectus. Tarsum vero cum copiis profectus superatus est. rursum etiam Andreas domesticus restitutus.

Facta est porro adversus imperatorem a Ioanne Curcua Icanatorum domestico coniuratio, ubi vaticinio de imperatoria dignitate assequenda a quopiam in Blachernis incluso delusus est: ex senatoriis vero reliquisque proceribus ad sexaginta sex usque illi adhaeserunt, inter quos Michael hetaeriarches et Catudares et Myxares et Babutzicus et alii numerabantur. hac autem coniuratione a protovestiario Curcua imperatori detecta, cum forte in circo ludi celebrarentur et illuc omnes convenirent, affuit pariter imperator, et ibidem sedens de iis examen habuit; eisdemque verberibus caesis et coma detonsis, reliquis ad cutem pilos adussit. celebri postmodum comitatu festo annuntiationis celebrato, quo coniurationem ad exitum erant perducturi, illi retro sequebantur nudi et vinculis ligati, sicut praeceperat imperator, ad forum usque. eorum bonis demum publicatis cunctos in exilium egit.

*Τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος πρὸς τὸ κυνηγῆσαι ἐλάφου
ποθὲν ἀναφανέντος παμμεγέθους, ὡς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κα-
D τεδίωκεν, ἐπιστραφεὶς ἦρεν τὸν βασιλέα ἐκ τῆς ζώνης ἀπὸ τοῦ
ἵππου μετὰ τοῦ κέρατος αὐτοῦ. φθάσας δέ τις καὶ τὴν σπά-
θην γυμνώσας, τὴν ζώνην ἐκκόψας, τὸν βασιλέα ἐρρύσατο.
72 μετὰ δὲ τὸ ἀποστραφῆναι ἐκέλευσεν τὴν ζώνην ἀποτεμόντος
ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν ὡς γυμνώσαντος τὸ ξίφος κατ' αὐ-
τοῦ, πολλὰ ἀπολογουμένου ὡς ὑπὲρ σοῦ τοῦτο πεποίηκα. ἀλλ'
οὐδὲν ὠφέλησεν. ἐκ δὲ τοῦ σπαραγμοῦ τοῦ ἐλάφου νοσηλευ-
θεὶς Βασίλειος τελευτᾷ, καταλιπὼν Λέοντα αὐτοκράτορα καὶ
Ἀλέξανδρον.*

Λέων.

P. 475 *Λέων υἱὸς Βασιλείου ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε μῆ-
νας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς κληρικὸς ὢν καὶ
σύγκελλος ἦν μετὰ Φωτίου πατριάρχου, ἀνατρεφόμενος παρ'
αὐτοῦ καὶ παιδευόμενος. ὁ δὲ αὐτὸς Λέων μετὰ τὸ αὐτο-
κρατορῆσαι ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν στρατηλάτην μετὰ κηρῶν
πολλῶν καὶ κληρικῶν καὶ συγκλητικῶν ἐν Χρυσοπόλει, καὶ
ἐξήγαγεν Μιχαὴλ ἐκ τοῦ τάφου, καὶ ἔβαλεν ἐν γλωσσοκόμῳ
B κυπαρισσίνῳ, καὶ ἐπὶ κραββάτου θέντες, σκεπάσαντες βασιλι-
κῶς καὶ τιμήσαντες μεθ' ὕμνων καὶ τιμῆς πολλῆς, ἑπομένων*

Ceterum ad venandum aliquando progressus imperator cervum praegrandem obvium habuit; eoque feram cursibus insequente, conversus cervus cornu in imperatoris zonam impacto ipsum ex equo sustulit. accurrens autem e comitibus quispiam, nudato ense zonam praescindens, imperatorem liberavit. ille ad se reversus zonam praescindentis, quasi adversum se gladium exserentis, factum licet defensione plurima excusantis, et "liberandi tui gratia hoc admisi" dicentis, adeoque nihil proficientis, caput amputari iussit. verum ex cervi concussione et laceratione morbo correptus Basilius, Leone relicto imperatore et Alexandro, mortuus est.

Leo.

Leo Basilii filius annos quinque supra viginti, menses octo imperavit. Stephanus autem eius frater cum esset clericus, syncellus erat cum Photio patriarcha, ab eo educatus et eruditus. Leo idem post assumptum imperium, Andrea militiae magistro cum cereorum clericorum et senatorii ordinis copia Chrysopolim misso, Michaelis imperatoris corpus e sepulcro eductum cypressino loculo conditum lecticaque impositum regiisque vestibus ornatum hymnisque et pompa

ἐκεῖσε καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἤγαγον εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ ἀπέθεντο ἐν λάρνακι. μετὰ ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν δομέστικον τῶν σχολῶν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ σοφωτάτῳ καὶ γεγονότι λογοθέτῃ τοῦ δρόμου· καὶ ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἐκκλησίας ἀνελθόντες καὶ τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας ἐπαναγνόντες τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιανῶν τῇ λεγομένῃ τοῦ Βόρδου. προεβάλετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν Στυλιανὸν Τζαούτζαν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου· ἀνήγαγεν δὲ Στέφανον αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐν τῷ πατριαρχείῳ, C καὶ πρὸ τῶν Χριστοῦ γέννων χειροτονεῖται πατριάρχης ὑπὸ Θεοφάνους τοῦ πρωτοθρόνου καὶ λοιπῶν ἀρχιερέων, ποιήσας ἐν τῷ πατριαρχείῳ ἔτη ἓξ καὶ μῆνας πέντε, καὶ τελευτήσας θάπτεται ἐν τῇ μονῇ τῶν Σικέλλων.

Ἐπὶ Λέοντος προεδόθη τὸ κάστρον ἡ λεγομένη Ὑψηλή, καὶ ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, αἰχμαλωτισθέντων πάντων τῶν ἐκεῖσε. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς μέγας πλησίον τῶν Σοφιῶν, ἐμπρησθείσης καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ἣν αὐτὸς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισεν. ἀπέστειλεν δὲ D ὁ βασιλεὺς εἰς Εὐχάϊταν, καὶ ἤγαγεν Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει. Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος ὁ τῆς Καλομαρίας, οἱ πολλὰ λοιδορηθέντες

multa honoratum efferri iussit. pone sequebantur eius fratres, funusque ad sanctos apostolos prosecuti sunt, corpusque tumulo reposuerunt. imperator postmodum Andream domesticum scholarum, una cum Ioanne Agiopolita, viro litteris praestantissimo, qui etiam cursus publici logotheta extitit, mandavit, qui ambone ecclesiae conscenso, et causis in Photium patriarcham lectis, throno eum abdicare se coëgerunt, et in Armenianorum monasterium Bordi dictum detruserunt. promoverat autem imperator Stylianum Zautzam magistrum et cursus publici logothetam. fratrem etiam Stephanum in patriarchium induxit, qui imminentibus Christi natalitiis patriarcha consecratur a Theophane, primae post patriarcham sedis episcopo, et a reliquis praesulibus. vixitque in patriarchatu anno sex et menses quinque, et vita functus in Sicellorum monasterio sepelitur.

Leonis tempore castrum coguomento Excelsum proditum, et missis in captivitatem civium pluribus ab Agarenis occupatum est. contigit incendium ingens Sophias proxime, quo S. Thomae ecclesia, quam deinde Leo magnifice reparavit, consumpta est. misso vero ad Euchaita nuntio Theodorum Santabarenum in urbem vocavit imperator. Andreas autem domesticus et Stephanus magister Bonae Mariae filius, a Santabareno contumelias quondam passi, insidias deinde in

παρὰ Σανταβαρηνοῦ, ὑπέθηκαν τῷ βασιλεῖ συσκευὴν ποιησάμενοι ὡς ὅτι Φώτιος ὁ πατριάρχης καὶ Θεόδωρος ὁ Σανταβαρηνὸς βουλὴν εἶχον ποιῆσαι βασιλέα ἐκ τῶν ἰδίων Φωτίου τοῦ πατριάρχου. προσέταξεν δὲ ὁ βασιλεὺς ἀγαγεῖν Φώτιον τὸν πατριάρχην καὶ Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἐν τοῖς παλατίοις τῶν Πηγῶν, καὶ ἰδίως αὐτὸν φρουρεῖσθαι διωρίσατο. ἀπεστάλησαν δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως Στέφανος μάγιστρος καὶ Ἀνδρέας δομέστικος ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ Γοῦβερ πατρίκιοι καὶ
P. 476 Ἰωάννης ὁ Ἁγιοπολίτης ἐπὶ τὸ ἐξετάσαι τὰ κατ' αὐτόν. καὶ ἀγαγόντες τὸν πατριάρχην, καὶ καθίσαντες ἐπὶ θρόνου ἐν τιμῇ, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, ἔφη πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀνδρέας ὁ δομέστικος "γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον;" ὁ δὲ "ἀββᾶν Θεόδωρον οὐ γνωρίζω." καὶ ὁ Ἀνδρέας "τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν οὐ γνωρίζεις;" καὶ ὁ πατριάρχης "γινώσκω τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων." ἤγαγον δὲ καὶ τὸν Σανταβαρηνόν· καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν Ἀνδρέας ὁ δομέστικος "ὁ βασιλεύς σοι δηλοῖ· ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ πράγματα τῆς ἐμῆς βασι-
B λείας;" ὁ δὲ ἔφη "ποῦ δέδωκεν αὐτὰ ὁ βασιλεὺς ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν, εἰσίν. νῦν δὲ ἐπεὶ κελεύει ἀναζητεῖν ταῦτα, ἐξουσίαν ἔχει ἀναλαβέσθαι αὐτά." καὶ ὁ Ἀνδρέας ἔφη πρὸς αὐτὸν "εἰπέ· τίνα ἐβούλου ποιῆσαι βασιλέα, ὑποθέμενος τῷ ἐμῷ πατρὶ διὰ συσκευῆς σου τυφλῶσαί με, πατριάρχου ἴδιον ἢ

9. αὐτῶν Comb.

eum machinati, suggesserunt imperatori Photium patriarcham et Theodorum Santabarenum ex Photii patriarchae consanguineis aliquem constituere imperatorem consiliatos. imperator Photium patriarcham et Theodorum Santabarenum ad Pegarum palatia deduci et utrumque seorsim custodiri iussit. Stephano autem magistro et Andreae Cratero domestico et Guberi patricio et Ioanni Agiopolitae ab imperatore mandatum ut eius causam diligenter inquirerent. adducto itaque patriarcha et cum honore in throno sedere iusso, ipsisque pariter sedentibus, Andreas domesticus patriarchae dixit "agnoscis, domine, abbatem Theodorum?" ad haec ille "abbatem Theodorum non novi." tum Andreas "abbatem Theodorum Santabarenum ignoras?" respondit patriarcha "abbatem Theodorum novi, Euchaitarum archiepiscopum." tunc Santabarenum in medium adduxerunt, et dicit ad eum Andreas domesticus "imperator tibi mandat: ubinam sunt pecuniae et imperii mei supellex?" dixit ille "ubi, qui hac die regnat imperator, ea deposuit. nunc vero cum isthaec inquiri iubet eadem recipere potestatem habet." tum ad illum Andreas "responde. quem meditabaris imperatorem constituere, quando fraudulenta molitione

σόν;" ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν "οὐ γινώσκω τὸ σύνολον περὶ
τούτου." λέγει οὖν ὁ μάγιστρος Στέφανος "καὶ πῶς ἐμήνυ-
σας τῷ βασιλεῖ ἐλέγξειν περὶ τούτου τὸν πατριάρχην;" ὁ δὲ
Σανταβαρηνὸς παρευθὺ πεσὼν εἰς πόδας τοῦ πατριάρχου εἶ-
πεν "ὁρκίζω σε κατὰ θεοῦ, δέσποτά μου, ἵνα πρῶτον ποιή-
σῃς τὴν ἐμὴν καθαίρεσιν· καὶ τότε γυμνὸν ὄντα με τῆς ἱε- 73
ρωσύνης κολαζέτωσαν ὡς κακοῦργον· οὐ γὰρ τοιαῦτα ἐδή-
λωσα τῷ βασιλεῖ." ὁ δὲ πατριάρχης ἐνώπιον πάντων ἔφη
"μὰ τὴν σωτηρίαν τῆς ἐμῆς ψυχῆς, κῦρι Θεόδωρε· ἀρχιε- C
πίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι." θυ-
μωθεὶς οὖν Ἀνδρέας ἐπὶ τούτοις ἔφη "οὐκ ἐμήνυσας, ἀββᾶ,
τῷ βασιλεῖ δι' ἐμοῦ ὅτι ἵνα ἔλεγξω τὸν πατριάρχην ἐν τού-
τῳ;" ὁ δὲ ἀπηρνήσατο μηδὲν εἰδέναι. ὑποστραφέντες οὖν
ἀνήγγειλαν τῷ βασιλεῖ τὰ λαληθέντα παρ' αὐτῶν. ὁ δὲ βασι-
λεὺς θυμῷ τε καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτῳ ληφθείς, ὡς μὴ εὑρὼν
αἰτίαν κατὰ τοῦ πατριάρχου, ἀποστείλας ἔτυψε τὸν Σαντα-
βαρηνὸν σφοδρῶς, καὶ τοῦτον ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις, ὄπισθεν
δὲ αὐτοῦ ἀποστείλας ἐτύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐξώρισεν εἰς ἀνα-
τολήν. μετὰ πολλὰ δὲ ἔτη παρακληθεὶς ὁ βασιλεὺς τοῦτον
εἰσήγαγεν ἐν τῇ πόλει, καὶ προσέταξεν αὐτὸν λαμβάνειν ἀν- D
νόνας ἐκ τῆς νέας ἐκκλησίας. ἐτελεύτησεν δὲ αὐτὸς ὁ Σαν-
ταβαρηνὸς ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρός.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας οὖν Λέοντος Ἁγίων ὁ Λογγόβαρδος

suggessisti patri meo obcaecare me? ex patriarchae amicis aut ex tuis aliquem?" qui respondens ait "de hoc nihil penitus novi." dixit itaque magister Stephanus "quomodo significasti imperatori te de ea re patriarcham convicturum?" statim autem Santabarenus ad pedes patriarchae provolutus, "adiuro te per deum, domine mi, ut me ecclesiastica dignitate exauctores et deponas, atque ita me sacerdotio privatum velut maleficum illi me puniant. non haec ullo modo imperatori suggessi." patriarcha mox in omnium conspectu dixit "per salutem animae meae, domine Theodore archiepiscope, neque in prasenti saeculo neque in futuro." his exacerbatus Andreas dixit "non indicasti, abba, imperatori per me ut de his patriarcham accusarem?" ille se quicquam scire negavit. igitur reversi nuntiaverunt imperatori quae dicta erant. imperator ira et effreni furore percitus, ceu causa adversus patriarcham non inventa, Santabarenum copiosis verberibus tunsum Athenis exulare iussit. pone vero mittens oculis orbavit et in Asiam relegavit. post annos aliquot placatus imperator hominem reduxit in urbem, et ex nova ecclesia annonam percipere ordinavit. idem Santabarenus sub Constantino et Zoe eius matre defunctus est.

Ceterum Longobardiae dux Agyon, regis Franciae gener, rebel-

καὶ δούξ, γαμβρὸς δὲ γεγονὼς τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας, ἀντῆρεν τῷ βασιλεῖ, πᾶσαν τὴν χώραν πρὸς ἑαυτὸν δουλωσάμενος. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν τὸν Κωνσταντῖνον τὸν τῆς τραπέζης σὺν πᾶσι τοῖς θέμασι τῆς δύσεως πρὸς τὸ καταπολεμῆσαι τὸν Ἀγίωνα. καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττήθησαν οἱ μετὰ Κωνσταντίνου καὶ κατεσφάγησαν, μόλις αὐτοῦ διασωθέντος. γέγονε δὲ ἔκλειψις ἡλιακή, ὥστε νύκτα γενέσθαι ὥρας ἓξ καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ βρονταὶ καὶ συν-
P. 477 *οχὴ ἀνέμων καὶ ἀστραπαὶ γεγόνασιν, ὥστε καῆναι ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς τοῦ φόρου ἀνθρώπους ἑπτά. καὶ ἐπολιορκήθη ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἡ Σάμος τὸ κάστρον, αἰχμαλωτισθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ Πασπαλᾶ. προεχειρίσατο δὲ Λέων*
74 *ὁ βασιλεὺς Ζαούτζαν βασιλεοπάτορα, συμφιλιωθεὶς ἤδη Ζωῇ*
75 *τῇ αὐτοῦ θυγατρί, φαρμάκῳ τινὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Θεοδώρου τοῦ Γουζουνιάτου. Στεφάνου δὲ πατριάρχου τῶν τῇδε μεταστάντος χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Ἀντώνιος ὁ λεγόμενος Καυλέας.*

Ἦλθε δὲ ἀγγελία παρὰ τοῦ στρατηγοῦ Μακεδονίας ὡς
B *ὁ ἄρχων Βουλγαρίας Συμεὼν βούλεται ἐκστρατεῦσαι κατὰ Ῥωμανίας. ἡ δὲ αἰτία δι' ἣν ὠργίζετο Συμεὼν ἦν αὕτη. Ζαούτζας ὁ βασιλεοπάτωρ εἶχεν εὐνοῦχον δοῦλον ὀνόματι Μουσικόν. οὗτος ἐφιλιώθη Σταυρακίῳ καὶ Κοσμᾷ, Ἑλλαδικοῖς φιλοχρύσοις καὶ πραγματευταῖς, οἵτινες πρὸς αἰσχροκέρδειαν*

lione in imperatorem mota regionem omnem suo subjecit imperio. eo cognito imperator Constantinum, mensae suae praefectum, una cum Occidentalibus cunctis legionibus ad debellandum Agyonem misit; et initio congressu victi sunt qui cum Constantino erant, ipsoque vix superstite ceteri perierunt. facta est autem solaris eclipsis, ita ut horas sex profunda nox et astra apparerent, sed et tonitrua ventorumque impetus et fulgura facta sunt tam horrida, ut in fori gradibus septem homines igne consumpti sint. Sami quoque castrum ab Agarenis obsessum: duce autem exercitus Paspala facto captivo, Leo Zautzam imperatoris patrem creavit, secreto amoris philtro in Zoes eius filiae consuetudinem abductus, post Theodori Guzuniatae viri eius mortem. Stephano autem patriarcha morte sublato, in eius locum Antonius cognomento Cauleas ordinatur.

A duce vero Macedoniae venit nuntius Simeonem Bulgariae principem adversus Romaniam profectionem meditari. causa vero quae Simeonem movit, haec erat. Zautzas imperatoris pater servum habuit eunuchum nomine Musicum. hic Stauracio et Cosmae, praedivitibus mercatoribus Graecis, amicitia iunctus est; qui quidem turpi lucro

ἰφορῶντες μεσιτείᾳ καὶ δυνάμει τοῦ Μουσικοῦ διέστησαν
ὴν ἐν τῇ πόλει πραγματείαν τῶν Βουλγάρων ἐν Θεσσαλονί-
ῃ, κακῶς τοὺς Βουλγάρους διοικοῦντες ἐν τῷ κουμερκεύειν. 76
ἱ δὲ Βούλγαροι τῷ Συμεὼν ταῦτα ἀνήγγειλαν· ὁ δὲ δῆλα
πεποίηκεν τῷ βασιλεῖ Λέοντι. ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ βα-
ιλεοπάτορος κωλυόμενος, προσπαθοῦντος Μουσικῷ, πάντα ὡς
ῆρον ἤκουσεν. μανεὶς οὖν ὁ Βούλγαρος ἐκστρατεύει κατὰ C
ῶν Ῥωμαίων. καὶ μαθὼν ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει τὸν
Κρινίτην στρατηλάτην κατὰ τῶν Βουλγάρων μετὰ ὅπλων καὶ
ἀρχόντων πολλῶν τῆς πόλεως. καὶ συμβολῆς γενομένης ἐν
Ῥωμανίᾳ τρέπονται οἱ Ῥωμαῖοι σφαγέντος τοῦ Κρινίτου καὶ
οῦ Ἀρμήνη τοῦ Κορτίκη καὶ τῶν λοιπῶν πάντων. ἐκ δὲ
ῶν Χαζάρων οἳ ἦσαν εἰς τὴν ἑταιρίαν Λέοντος, κρατηθέν-
ες καὶ τὰς ῥῖνας αὐτῶν κοπέντες εἰς αἰσχύνην Ῥωμαίων ἐν
ῇ πόλει παρὰ Συμεὼν ἀπεστάλησαν· οὓς ἰδὼν ὁ βασιλεὺς
αὶ θυμωθεὶς ἀπέστειλεν Νικητᾶν τὸν λεγόμενον Σκληρὸν
ετὰ δρομώνων ἐν τῷ ποταμῷ τοῦ Δανουβίου δοῦναι δῶρα
οῖς Τούρκοις καὶ πρὸς πόλεμον κινῆσαι μετὰ Συμεών. ὁ D
δὲ ἀπελθὼν καὶ συντυχὼν καὶ ταῖς κεφαλαῖς Ἀρπάδῃ καὶ
Κουσάνῃ, καὶ συνθεμένων πολεμῆσαι, ὁμήρους λαβὼν ἦλθε
ρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν διὰ τῆς θαλάσσης
πέστειλεν Εὐστάθιον πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῶν πλοΐ-
ων, Νικηφόρον δὲ πατρίκιον τὸν Φωκᾶν καὶ δομέστικον

ıtenti auctoritate Musici, quod erat in urbe Bulgarorum commercium, hessalonicam transtulerunt, et vectigalibus impositis pessime Bulgaıs exercuerunt. his Simeoni a Bulgaris significatis, eadem haec Sieon Leoni imperatori fecit manifesta. imperator a patre imperato- o Musico nimis affecto praepeditus, cuncta nihilo magis aestimavit. ırens igitur Bulgarus adversus Romanos exercitum instruit. quibus ıditis mittit imperator Crinitem, militiae magistrum, cum armis et ultis urbis proceribus adversus Bulgaros; initoque certamine per Roaniam vertuntur in fugam Romani, ipso Crinite et Cortice Armenio ıterisque omnibus occisis. ex Chazaris qui auxiliares Leoni advenent, comprehensi naribusque praecisi in contemptum Romanorum ad ·bem a Simeone remissi sunt: quos imperator conspicatus et accenıs ira, Nicetam cognomento Sclerum ad Danubii fluminis ripas cum ılocibus misit, munera Turcis oblaturum et ad arma contra Simeoım excitaturum. profectus ille et collocutus cum Arpade et Cusaı Turcorum ducibus, foedere inito, acceptis obsidibus ad imperatom rediit. ille rursum Eustathium patricium et classis drungarium ari, terra vero Nicephorum patricium et Phocam et legionum dome-

μετὰ τῶν θεμάτων ἀπέστειλεν διὰ γῆς, καὶ ἦλθεν μέχρι Βουλγαρίας. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν εἰρήνην ἀσπαζόμενος μετὰ τοῦτο ἀπέστειλε καὶ Κωνσταντινάκην κοιαίστωρα πρὸς Συμεῶνα τὰ περὶ εἰρήνης συμβουλεύοντα. Συμεὼν δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ κίνησιν διά τε γῆς καὶ θαλάσσης ἰδὼν ἐν φρουρᾷ κατακλείει τὸν κοιαίστωρα ὡς ἐπὶ δόλῳ ἐλθόντα. περάσαντες δὲ οἱ Τοῦρκοι τοῦ Συμεὼν ἐπὶ τὸ στράτευμα Φωκᾶ ἀσχολουμένου,
P. 478 ᾐχμαλώτευσαν πᾶσαν τὴν Βουλγαρίαν. ταῦτα μαθὼν Συμεὼν κινεῖται κατὰ τῶν Τούρκων. οἱ δὲ ἀντιπεράσαντες συμβάλλουσι πόλεμον κατὰ Βουλγάρων, καὶ τρέπεται Συμεών, μόλις διασωθεὶς ἐν τῇ Δίστρᾳ. οἱ δὲ Τοῦρκοι ᾐτήσαντο βασιλέα ἀποστεῖλαι καὶ ἀγοράσαι τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Βουλγάρων· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεύς, τοὺς πολίτας ἀποστείλας τοῦ ἀγοράσαι αὐτούς. ὁ δὲ Συμεὼν δι' Εὐσταθίου δρουγγαρίου ἐδεήθη τὰ περὶ τῆς εἰρήνης, πρὸς ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἀπέστειλεν τὸν Λέοντα τὸν Χοιρόσφακτον πρὸς τὸ γενέσθαι εἰρήνην. ἐδέξατο Νικηφόρος ὑποστρέψαι μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ ὁ δρουγγάριος Εὐστάθιος ὁμοίως. Λέοντα δὲ οὐδὲ λόγου
B ἠξίωσεν Συμεών, ἀλλ' ἠσφαλίσατο ἐν εἱρκτῇ. ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων, ἐκείνων ὀχύρωμα βοηθείας μὴ ἐχόντων παρὰ Ῥωμαίων ἀλλ' ἀπρονοήτων ἐαθέντων, πάντας κατέσφαξεν, αὐξήσας τὴν μεγαλοψυχίαν αὐτοῦ. καὶ ὑποστρέψας εὗρεν Λέοντα ἐν τῇ Μουλδάγρᾳ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν

sticum delegat, qui Bulgariám usque penetraverunt. pacis postmodum cupidus imperator Constantinacem quaestorem de pace cum Simeone consulturum misit. Simeon arma bellumque terra et mari in se mota conspiciens, quaestorem quasi dolose agentem sub custodia inclusit. Simeone vero Phocae copiis occupato, Turci traiecto Danubio totam Bulgariam captivam fecere. his auditis Simeon movet adversus Turcos. illi in contrariam ripam transeuntes cum Bulgaris certamen ineunt, ipseque Simeon in fugam vertitur, vix Distrae receptus incolumis. Turci autem petierunt ab imperatore ut captivos Bulgaros emeret; quod et fecit, missis ex urbe civibus qui pretium rependerent. Simeon Eustathii drungarii ope de pace sermonem proposuit, cui se facilem praebuit imperator; eidemque componendae Leonem Choerosphactum destinavit. Nicephorus cum exercitu redire iussus est, et Eustathius drungarius pariter. Leonem vero neque ad colloquium admittere dignatus est Simeon: imo sub custodia tenuit. expeditione deinde adversus Turcos parata, illisque a Romanis auxilium et praesidium non habentibus, imo belli apparatu et armorum provisione destitutis, cunctos inflatis animis iugulavit Simeon. et reversus, cum Leonem in Muldagra reperisset, dixit ad eum "nusquam

"οὐ ποιῶ εἰρήνην, ἐὰν μὴ πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν λάβω." διωρίσατο οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι, καὶ ἦλθεν μετὰ Λέοντος Θεόδωρος Βούλγαρος οἰκεῖος τοῦ Συμεὼν, καὶ παρέλαβεν αὐτούς. Νικηφόρου δὲ τοῦ Φωκᾶ τελευτήσαντος ἀφορμὰς ἐζήτει Συμεὼν τοῦ εἰρήνην διαλῦσαι· ἐπιζητῶν C γὰρ καὶ ἄλλους αἰχμαλώτους ἔρχεται κατὰ Ῥωμαίων. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς δομέστικον τῶν σχολῶν προβάλλεται Λέοντα τὸν Κατακαλὼν, ἐν τῇ Ῥάβδῳ τὴν οἴκησιν ἔχοντα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἀποστέλλει Θεοδόσιον πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιάριον. καὶ περῶσιν ὅλα τὰ θέματα καὶ τὰ τάγματα. καὶ γενομένης συμβολῆς μετὰ Συμεὼν εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον ἐγένετο τροπὴ δημοσία, καὶ πάντες ἀπώλοντο, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος, δι' ὃν ὁ βασιλεὺς οὐ μετρίως ἠνιάθη.

Ἐπὶ τούτου ἔσφαξαν καὶ ἐν Χερσῶνι οἱ τοῦ κάστρου τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Συμεῶνα τὸν υἱὸν Ἰωνᾶ. παρελήφθη καὶ τὸ κάστρον τὸ Κόρον ἐν Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

Ὁ δὲ πρόκενσον ἐποίησεν εἰς τὰ Δαμιανοῦ, συνόντος καὶ D Ζαούτζα τοῦ παραδυναστεύοντος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ. Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ προσεκαρτέρει εὐχομένη. δόξαντος οὖν τοῦ βασιλέως μεῖναι ἐκεῖσε συμβούλιον ποιήσαντες οἱ τοῦ Ζαούτζα συγγενεῖς, ὅ τε υἱὸς αὐ-

pacem componam, nisi captivos omnes recepero." imperator restituere proposuit; venitque cum Leone Theodorus Bulgarus, Simeonis domesticus, qui eos recepit. exinde Nicephoro Phoca morte sublato, Simeon abrumpendae pacis quaerebat occasiones, et aliis captivis expetitis adversus Romanos movit. Leo vero imperator Leonem Catacalum, ad Rabdum aedes suas habentem, scholarum domesticum creat, et una cum eo Theodosium patricium et protovestiarium mittit, qui simul cuncti omnes legiones et copias iubent traiicere; pugnaque cum Simeone ad Bulgarophygum inita, fuga omnium facta est horrenda, omnesque deleti sunt; inter quos patricius Theodosius, cuius causa non modice doluit imperator.

Eius tempore castri Chersonis incolae ducem proprium Simeonem Ionae filium interemerunt: castrum etiam Corum in Cappadocia ab Agarenis captum est.

Porro celebrem processum ad Damiani aedes habuit imperator, Zautza comitante et supremam post eum potestatem exercente, et Zoe pariter eius filia solemnitatis socia. Theophano vero eius legitima coniux non aderat, sed in Blachernis ad sanctum sepulcrum assiduis orationibus vocabat. imperatore igitur moram ibi agere meditato, consilium iniere Zautzae consanguinei et filius eius Tzantzes,

τοῦ ὁ Τζάντζης καὶ οἱ λοιποί, ἐβούλοντο τῇ νυκτὶ φονεῦσαι τὸν βασιλέα. ἡ δὲ Ζωὴ μετὰ τοῦ βασιλέως καθεύδουσα καὶ τὴν ταραχὴν ἀκούσασα, διὰ τῆς θυρίδος προβλεψαμένη αὐτοὺς κατεσίγησεν. ὡς δὲ τὸ δεινὸν ἔγνω τῆς ἐπιβουλῆς ἣν ἐμελέτησαν, ἐξύπνισεν τὸν βασιλέα, ὃς παρευθὺ εἰσελθὼν εἰς
P. 479 πλοῖον διεπέρασεν εἰς Πηγάς, ἐάσας Ζαούτζαν καὶ πάντας ἐκεῖσε. καὶ πρωῒ τάχιον εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, ἐξεώσας Ἰωάννην δρουγγάριον τῆς βίγλας, καὶ προβαλόμενος Πάρδον υἱὸν Νικολάου ἑταιριάρχου ἀντ' αὐτοῦ· ὁ γὰρ Νικόλαος οὗτος συμφιλιωθεὶς τῷ βασιλεῖ κατάδηλα ἐποίει αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ Ζαούτζα. καὶ ἔκτοτε οὐκ εἰσήρχετο ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ κελλίον τοῦ Ζαούτζα, ἕως ἂν Λέων μάγιστρος ὁ Θεοδοτάκης διήλλαξεν αὐτούς.

Τελευτᾷ δὲ Θεοφανὼ Αὔγουστα βασιλεύσασα ἔτη δώδεκα, ἣν οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἀνέδειξεν ὁ θεὸς θαυματουργὸν διὰ τὸ ἀζηλότυπον αὐτῆς καὶ ἀμνησίκακον καὶ διὰ τὸ ἐν
B ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν τῷ θεῷ καὶ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις. στέφει δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς Ζωὴν τὴν θυγατέρα Ζαούτζα, καὶ εὐλογεῖται μετ' αὐτῆς
77 παρὰ κληρικοῦ τοῦ παλατίου, ᾧ ἐπίκλην Σινάπης. καὶ ὁ μὲν εὐλογήσας καθῃρέθη, ἡ δὲ ἐβασίλευσεν ἔτος ἓν μῆνας ὀκτώ. τελευτησάσης δὲ τῆς αὐτῆς Ζωῆς λάρνακα ἐφεῦρεν εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσα ἔνδοθεν γράμματα κεκο-

nec non alii, ut imperatorem nocte occiderent. Zoe vero cum imperatore dormiens, audito murmure per fenestram prospiciens, silentium imponebat. certior autem periculi et insidiarum facta imperatorem excitavit; qui confestim navigium ingressus, Zautza et reliquis omnibus ibi relictis, ad Pegas traiecit. sub diluculum festinus palatium ingressus est, et Ioanne excubiarum drungario eiecto, Pandum Nicolai hetaeriarchae filium suffecit. ipse quippe Nicolaus imperatoris amicitiae consors, quae contra eum Zautzas machinabatur, patefecit. et ex eo tempore non ingressus est imperator in Zautzae cubiculum, donec Leo magister et Theodotaces criminis eos inter se reconciliavit.

Moritur autem Theophano Augusta post imperii annos duodecim, quam brevi spatio temporis interiecto operatricem miraculorum, quod zelotypiae et iniuriarum memoriae vitio fuisset immunis, deus ostendit; et quia eleemosynis et orationibus per sacras ecclesias assidue deo vacasset. coronat autem Leo imperator Zoen Zautzae filiam, et cum ea nuptialem benedictionem subiit, clerici cuiusdam e palatio, cognomento Synapes, ministerio. benedictionis minister officio depositus est. illa vero regnavit annum unum et menses octo. Zoe isti demortuae inventus est loculus ad corpus eius deponendum, scul-

λαμμένα γραφέντα οὕτως "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος."

Διεβλήθησαν δὲ τοῦ βασιλέως Λέων τε ὁ Μουσικὸς καὶ 78
ὁ Σταυράκιος ὡς ὅτι παρὰ τῶν στρατηγῶν καὶ ὀφφικιαλίων C
λαμβάνοντες δῶρα καὶ μεσιτεύοντες πρὸς τὸν βασιλεοπάτορα. καί ποτε εἰσελθόντος τοῦ Σταυρακίου μετὰ γράμματος πρὸς τὸν Ζαούτζαν, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐν τῷ ἡλιακῷ, εἰσῆλθεν ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἐκ τοῦ τένοντος ἐξήγαγεν ἔξω, ὡς δῆθεν ἐρωτήσων περὶ τῶν στρατηγῶν. καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν καὶ τὰ γράμματα ἄρας καὶ ἀποσφενδονήσας παρέδωκεν τοῖς παρατύχουσι ἐξαγαγεῖν τοῦ παλατίου, διορισάμενος ἀποκεῖραι αὐτόν. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐν ἀπογνώσει γέγονεν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἔνθα ἵστατο ὁ Μουσικὸς παρεστὼς τῷ Ζαούτζᾳ, τοῦτον ἐπὶ τράχηλον ὠθήσας ἐξάγαγεν, παραδοὺς Χριστοφόρῳ κοιτωνίτῃ D
ἐν τοῖς Στουδίου ἀπαγαγεῖν καὶ μοναχὸν ποιῆσαι. μετ' ὀλίγον δὲ τελευτᾷ Ζαούτζας ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ τοῦτον διὰ Βουκολέοντος καταγαγόντες ἀπήγαγον ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέα, ἐκεῖσε αὐτὸν θάψαντες.

Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ζαούτζα Βασίλειος Ἐπείκτης ὁ υἱὸς Νικολάου ἑταιριάρχου συνεφιλιώθη Σαμωνᾷ κουβικουλαρίῳ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, ὀρεγόμενος τῷ τῆς βασιλείας ἀξιώ-

ptas intus scriptasque gerens litteras istiusmodi "filia Babylonis misera."

Accusati sunt autem apud imperatorem Leo Musicus et Stauracius, quasi munera a duce aliquo et officialibus accepissent, ut intercessione apud imperatoris patrem eos iuvarent. Stauracio itaque cum ducum alicuius libello ad Zautzam ingresso, ut eum imperator ad horologium solare stans conspexit, hominem pone secutus est et cervice apprehensum foras eduxit, velut de praetoribus sciscitaturus. mox ad Monothyrum traxit, et sublatis e manu tabulis et in aërem proiectis et excussis, obviis quibusdam e palatio extrudendum tradidit et praecepit detondendum. eo cognito Musicus desperationis motu angebatur. tum imperator ingressus locum, quo Musicus Zautzae adstans consistebat, eum collo apprehensum trudens expulit, et Christophoro cubiculario inter Studitas abducendum et monastica poenitentia subigendum tradidit. modico post Zautzas moritur in palatio, corpusque per Bucoleuntem elatum in Cauleae monasterium ibidem sepeliendum detulerunt.

Post Zautzae mortem Basilius operarum regiarum praefectus, Nicolai hetaeriarchae filius, Samonae cubiculario ex Agarenorum genere orto amicitia iunctus est et imperii cupiditate exarsit. Samo-

ματι. ἐθάρρησε δὲ τῷ Σαμωνᾷ ὅτι τῆς θείας ἡμῶν Ζωῆς
τελευτησάσης ὁ βασιλεὺς λαβεῖν ἔχει ἑτέραν γυναῖκα, καὶ
ἡμᾶς πάντας θέλει ἀφανίσαι. ἀλλὰ δός μοι λόγον, καὶ ἵνα
P. 480 σοι θαρρήσω πάντα τὰ βουλευόμενα. καὶ δόντος αὐτοῦ λό-
γον τῷ Βασιλείῳ, ἐθάρρησεν αὐτῷ πάντα. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰσ-
ελθὼν εἰς τὸν βασιλέα εἶπεν αὐτῷ ὅτι δέσποτά μου, θέλω
σοι εἰπεῖν τι ἰδίως, ὅπερ εἰ μὲν εἴπω, ἀποθνήσκω, εἰ δὲ μὴ
εἴπω, ἀποθνήσκεις σύ. καὶ διεξεῖπεν πρὸς τὸν βασιλέα πᾶ-
σαν τὴν τοῦ Βασιλείου ἐπιβουλήν. ἀπιστήσαντος δὲ τοῦ βα-
σιλέως τοῖς λαληθεῖσιν παρ' αὐτοῦ, καὶ εἰρηκότος "μή τίς σοι
ὑπέβαλεν ταῦτα εἰπεῖν μοι, καὶ ἐκ δωροδοκίας τοῦτο ἐποίη-
σας;" ὁ δὲ εἶπεν "ἀπόστειλον πιστούς, οὓς κελεύεις, ἐν τῷ
κελλίῳ, δέσποτά μου, καὶ ἵνα εἰσὶν ἐγκεκρυμμένοι, καὶ εἴ τι
ἂν ἀκούσωσι παρὰ τοῦ Βασιλείου καὶ παρ' ἐμοῦ, γράφωσι
B ταῦτα." παρευθὺ δὲ ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει Χριστοφόρον
πρωτοβεστιάριον ἅμα Καλοκύρῳ κοιτωνίτῃ· καὶ εἰσελθόντες
ἐκρύβησαν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. Βασίλειος οὖν δελεασθεὶς
καὶ λαβὼν λόγον ἔνορκον παρὰ Σαμωνᾶ εἰς τὸ προσευχάδιον
αὐτοῦ ἐξεῖπεν αὐτῷ πάντα τὰ τῆς βουλῆς καὶ τοὺς συμβου-
λευομένους. ἀριστώντων δὲ αὐτῶν κατελθόντες Χριστοφόρος
καὶ Καλοκῦρις ἀνέγνωσαν πάντα τῷ βασιλεῖ. καὶ παρευθὺ
μὲν προσκαλεσάμενος Βασίλειον δέδωκεν μιλιαρίσια χιλιάδας
εἴκοσι ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς αὐτοῦ θείας ζωῆς ὁρισθέντα,

23. κδ' Anonymus

nae vero mentem confidenter exposuit. "defuncta nunc Zoe, matertera nostra, uxorem aliam imperator sibi copulaturus est nosque omnes deleturus. sed pollicere secretum, ut quae modo deliberantur fidenter aperiam." eo Basilio secreti fidem promittente animatus ille mentem exposuit. Samonas ad imperatorem ingressus dixit ei "cuperem, domine mi, aliquid secreto enuntiare, quod si edixero, mors me certa manet, si tacuero, tibi moriendum." confestimque Basilii coniurationem omnem enarravit. imperatori autem narratis fidem haud adhibenti, imo dicenti "num quis ea mihi edicere suggessit, et mercedis spe hoc fecisti?" dixit ille "mitte, domine, quos placuerit tibi fideles in cubiculum, ut occultati, quod a Basilio et a me perceperint, cuncta describant." confestim imperator Christophorum protovestiarium cum Calocyro cubiculario misit; et ingressi in eius delituerunt cubiculo. Basilius itaque iam inescatus, accepta iuramenti fide a Samona ad eius oratorium, consilium ei suum et consilii participes aperuit. illis prandentibus Christophorus et Calocyres digressi cuncta imperatori perlegerunt; et confestim Basilio ad se advocato miliarisiorum milia viginti, eleemosynarum nomine in materterae

καὶ ἀπέστειλεν ἐν Μακεδονίᾳ· καὶ τὸν μὲν Βασίλειον οὕτω
τῆς πόλεως ἐξήγαγεν, τοὺς δὲ λοιποὺς τοὺς τῆς αὐτοῦ βουλῆς
μετεσχηκότας, Πάρδον μὲν δρουγγάριον τῆς βίγλας ἀποστέλ-
λει πρὸς τὸν Στυπιώτην, δῆθεν ἀγαγεῖν αὐτόν, προμηνυθέν- C
τος ἐκείνου διὰ βασιλικοῦ πιττακίου αὐτὸν δεσμῆσαι. προ-
φασισάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν καὶ δειπνῆσαι εἰς τὸν
ἅγιον Λάζαρον εἰς τὸ καταβάσιον τοῦ τζυκανιστηρίου ἔστη- 79
σεν Ἰωάννην Γαριδᾶν μετὰ τῶν λοιπῶν τῆς ἑταιρίας ἐν τῷ
κουβουκλείῳ· καὶ ἐν τῷ κατέρχεσθαι τὸν βασιλέα κρατή- 80
σαντα μετὰ Ἰωάννου Νικόλαον ἑταιριάρχην ἐξήγαγεν τῆς πό-
λεως. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασίλειον καὶ ἀνακρίνας
καὶ τύψας, καὶ τὰς τρίχας αὐτοῦ κατακαύσας, καὶ ἐν τῇ μέ-
σῃ θριαμβεύσας, ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις, καὶ κακῶς ἐκεῖσε τε-
τελεύτηκεν. ὡσαύτως Νικόλαον ἑταιριάρχην καὶ Στυλιανὸν
καὶ Ἰωάννην καὶ τὴν συγγένειαν πᾶσαν Ζαούτζα, τοὺς μὲν D
ἀπέκειρεν τοὺς δὲ ἐξώρισεν, δημεύσας τὰς οὐσίας αὐτῶν.
πάντας δὲ μαγίστρους καὶ τοὺς ἐν τέλει προσκαλεσάμενος ὁ
βασιλεὺς ἀνέγνω κατενώπιον αὐτῶν τὰ μηνυθέντα παρὰ Σα-
μωνᾶ. οἱ δὲ τοῦτον ὑπερεπῄνεσαν ὡς τῆς ζωῆς τοῦ βασιλέως
προνοούμενον, καὶ εἰρήκασιν ἄξιον εἶναι τιμῆς μεγίστης. ὁ
δὲ παρευθὺ τοῦτον πρωτοσπαθαρίου ἀξίᾳ τετίμηκεν.

Ἐτελεύτησεν δὲ Στέφανος ὁ πατριάρχης καὶ ἀντ' αὐτοῦ
ἐχειροτονήθη Νικόλαος ὁ πατριάρχης, μυστικὸς ὢν τοῦ βα- 81

Zoes animae levamen, velut legata tradidit, et in Macedoniam dimisit. et Basilium quidem hoc pacto urbe detrusit: reliquos vero coniurationis consortes, Pardum quidem excubiarum drungarium ad Stipiotem quasi eum ad se vocaturum amandavit: is tamen ut eum vinculis coerceret per imperatorias litteras prius monitus fuerat. simulans etiam imperator foras proficisci et ad S. Lazarum coenaturum, ad equilis descensum Ioannem Garidam cum reliquis confoederatis detinuit in cubiculo; cumque imperator Ioannem detinens descenderet, Nicolaum hetaeriarcham urbe eduxit. Basilium porro e Macedonia revocatum et de crimine inquisitum verberibus subiecit, et crinibus eius succensis per mediam urbem traductum Athenas relegavit exulem, ubi misere periit. Nicolaum pariter hetaeriarcham et Stylianum et Ioannem et Zautzae genus omne hos quidem detondit, alios publicatis eorum facultatibus in exilium expulit. magistris vero cunctisque in dignitate positis ab imperatore advocatis, quae a Samona significata fuerant, cuncta perelecta sunt. illi virum velut imperatoris vitae providentem maximisque honoribus dignum pronuntiarunt: quare protospatharii dignitate confestim honoratur.

Mortuus est autem Stephanus patriarcha, et in eius locum Nico-

σιλέως. παρελήφθη δὲ τὸ κάστρον ἡ Δημητριὰς ἐν τῷ θέ-
ματι τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ. Λέων δὲ
P. 481 ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέρα Ζωῆς τῆς ἀπὸ τοῦ Ζαούτ-
ζη, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ ἐκ τύπου κλητώρια μὴ
οὔσης Αὐγούστης. ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην ἐκ τοῦ θέ-
ματος Ὀψικίου ὡραιοτάτην πάνυ, ὀνόματι Εὐδοκίαν, στέψας
καὶ ἀναγορεύσας καὶ γήμας αὐτήν· ἐξ ἧς παιδοποιήσας ἄρ-
ρενα παῖδα, ἐφ' ᾧ τετελεύτηκεν καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθέν.

Ἐξωνήσατο δὲ ὁ βασιλεὺς οἰκήματα πλησίον τῶν ἁγίων
ἀποστόλων, καὶ ἔκτισεν ἐκκλησίαν περικαλλῆ ἐπ' ὀνόματι τῆς
προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς. ὡσαύτως
ἔκτισεν εἰς τοὺς λεγομένους τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κα-
B τασκευάσας μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἔνθα καὶ τοῦ ἁγίου
82 Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας
ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. ἀσχο-
λουμένου δὲ τοῦ στόλου εἰς τὰ κτίσματα τῶν τοιούτων ἐκκλη-
σιῶν παρελήφθη ἐν Σικελίᾳ τὸ Ταυρομένιν ὑπὸ τῶν Ἄφρων,
τῇ ἀμελείᾳ, μᾶλλον δὲ προδοσίᾳ Εὐσταθίου δρουγγαρίου τῶν
πλωΐμων, καὶ Καραμάλου ἐκεῖσε ὄντος καὶ Μιχαὴλ τοῦ Χα-
ράκτου, γενομένης πολλῆς σφαγῆς τῶν Ῥωμαίων. ἀνελθόν-
των δὲ αὐτῶν ἐν τῇ πόλει παρά τε τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ
πατριάρχου, ἐλεγχθέντων παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Χαράκτου ὡς
C προδοτῶν, κατεκρίθησαν θανάτῳ· παρακληθέντος δὲ τοῦ βα-

laus imperatoris mysticus provectus. Demetrias autem oppidum ad Graeciae thema spectans a Damiano Agareno captum est. imperator Leo Annam Zoes, quae Zautzae fuit, filiam imperii corona redimivit, quod deficiente Augusta instituta ex more convivia celebrare non posset. imperator idem ducta e themate Opsicii venustissima puella nomine Eudocia, Augustam coronavit et imperatricem uxoremque renuntiavit: ex ea puero masculo suscepto mater, et qui genitus fuit puer, pariter obierunt.

Emit autem imperator sanctorum apostolorum templo vicinas aedes, in quibus prioris suae coniugis S. Theophanus sumptuosam ecclesiam construxit. ad Topos pariter S. Lazaro dicatam aedificavit, et virile eunuchorum monasterium esse disposuit; ad quod S. Lazari et Mariae Magdalenae translatum corpus deposuit, eiusdem ecclesiae celebrata dedicatione. classe vero in ecclesiarum huiusmodi aedificiis occupata, Tauromenium Siciliae civitas ab Afris capta est, socordia, verius dicam proditione, Eustathii classis drungarii et Caramali, nec non Michaelis Characti ibidem repertorum, quamplurimis Romanorum ea in clade caesis. reversi in urbem ab imperatore et patriarcha, postquam a Michaele Characto proditionis con-

σιλέως παρὰ Νικολάου τοῦ πατριάρχου τὸν θάνατον συνεχωρήθησαν, τυφθέντες δὲ μόνον καὶ δημευθέντες καὶ ἀποκαρέντες μοναχοί, ὁ μὲν Καράμαλός εἰς τὰ Πικριδίου, ὁ δὲ Εὐστάθιος εἰς τὴν μονὴν τῶν Στουδίου. παρελήφθη δὲ καὶ ἡ Λῆμνος ἡ νῆσος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν αἰχμαλωσίαν πολλὴν πεποιηκότων.

Ἐν τῇ προελεύσει δὲ τῆς μεσοπεντηκοστῆς τοῦ βασιλέως 83
Λέοντος ἀπελθόντος εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον καὶ εἰσοδεύοντος, ὅτε ἦλθεν πλησίον τῆς σολέας, ἐξελθών τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος δέδωκεν αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς μετὰ ῥάβδου ἰσχυρᾶς καὶ παχείας. καὶ εἰ μὴ ἡ φορὰ τῆς ῥάβδου εἰς πολυκάνδηλον ἐμποδισθεῖσα διεχαυνώθη, παρευθὺ ἂν τοῦτον ἀπήλλαξεν. τοῦ D
δὲ αἵματος σφοδρῶς καταρρέοντος ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως κεφαλῆς, ταραχή τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων γέγονεν καὶ πολλοὶ ἐν ταύτῃ ἀπώλοντο. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος προεφασίσατο νοσηλεύεσθαι, καὶ οὐ κατῆλθεν ἐν τῇ εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὕποπτον αὐτὸν γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν αὐτὸν κατασκευάσαι. οὔτε ὁ Σαμωνᾶς παρῆν ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἦν ἀπελθὼν ἀγαγεῖν Ζωὴν ἐν τῷ παλατίῳ. κρατηθέντος δὲ τοῦ δόντος τὸν βασιλέα, καὶ ἐξετασθέντος, καὶ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας ὑπομεμενηκότος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγει, τέλος ἐκκοπεὶς αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας ἐκάη ἐν τῇ τοῦ ἱππικοῦ σφενδόνῃ· καὶ ἔκτοτε ἐξεκόπη ἡ τοιαύτη P. 482

victi erant, morte condemnati sunt: patriarcha vero Nicolao apud imperatorem interpellante mors condonata, verberibusque solummodo subiecti, bonis eorum publicatis, inter monachos detrusi sunt, Caramalus in Picridii, Eustathius autem in Studii monasteria. Lemnus etiam insula ab Agarenis, pluribus ex ea captivis asportatis, occupata est.

Pentecostes vero magnae solemnibus imperatore Leone ad S. Mocium, aula comitante, progresso, et ad altare ingressum celebrante, iamque soleae proximo, egressus quidam ex ambone fustem robustum et pinguem in eius caput impegit, ac nisi fustis impetus obvio multifido candelabro retardatus et impeditus fuisset, eum statim de medio tulisset. sanguine autem ex imperatoris capite largiter fluente, tumultus et procerum fuga exorta est, plurimique in ea perierunt. Alexander autem eius frater ingressum celebraturus non advenit, morbum praetexens; ex quo insidiarum huiusmodi auctorem eum extitisse suspicio nata est. Samonas pariter aberat: imo Zoem in palatium conducturus discesserat. apprehensus igitur qui percusserat imperatorem, et examinatus, poenas plurimas et tormenta in dies ali-

προέλευσις. μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀνῆλθεν Μάρκος ὁ φιλο-
σοφώτατος, οἰκονόμος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ὤν, ὃς ἦν ἀναπλη-
ρώσας τοῦ μεγάλου σαββάτου τετραῴδιον τοῦ κυρίου Κοσμᾶ·
καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῷ βασιλεῖ συνεστιώμενος ἐξελιπάρει τὸν
84 βασιλέα μὴ ἐκκοπῆναι τὴν ἑορτήν. τοῦ δὲ βασιλέως ἀπαναι-
νομένου ἔφη ὁ Μάρκος ὅτι προγεγραμμένον ἦν παρὰ τοῦ
προφήτου Δαβὶδ τοῦ παθεῖν σε τοῦτο, ὦ δέσποτα. προεφή-
τευσεν εἰπὼν ὅσα ἐπονηρεύθη ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ
B ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς· καὶ δεῖ
σε ἀπὸ τοῦ νῦν, ὦ δέσποτα, κρατῆσαι τὴν βασιλείαν ἔτη δέ-
κα. ὃ δὴ καὶ γέγονεν· τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καὶ ἔλα-
βεν, ἐν ταύτῃ τελευτᾷ.

Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ τετάρτη γυνὴ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ παλα-
85 τίῳ μετὰ τοῦ βασιλέως ἄστεπτος. τοῦ δὲ βασιλέως πρόκεν-
σον ποιησαμένου εἰς τὸ ἐμπόριον τῶν Βωτίου πρὸς τὸ ἐγκαι-
νίσαι τὴν μονὴν Χριστοφόρου πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ ἦλθεν
ἀγγελία ὡς ὅτι ὁ στόλος τῶν Ἀγαρηνῶν ἅμα τῷ Τριπολίτῃ
ἀνέρχονται κατὰ Κωνσταντινούπολιν. ἀποστέλλει οὖν ὁ βα-
C σιλεὺς Εὐστάθιον δρουγγάριον τῶν πλωΐμων μετὰ παντὸς
τοῦ στόλου καὶ τῶν στρατηγῶν κατὰ τοῦ Τριπολίτου· οἳ μὴ
δυνηθέντες ἀντιπαρατάξασθαι ἀπεστράφησαν κενῶς. ἦλθεν

15. *Βουτίου* Anonymus, *Βοαιτίου* Cedrenus

quot prolata sustinuit; et ut nullum coniurationis participem confessus est, manibus et pedibus demum praecisis, ad circi metam combustus est. et ex tunc processus istiusmodi abrogata est solemnitas. aliquo deinde tempore interiecto Marcus, eiusdem ecclesiae sapientissimus oeconomus, qui magni sabbathi tetraodium hymnum a domino Cosma inceptum perfecit, mensae cum imperatore accumbens, ne solemnitatem imminueret rogabat. imperatore renuente ait Marcus "a propheta Davide hoc te, domine, passurum praedictum erat: praenuntiavit etenim *quanta malignatus est inimicus in sancto tuo, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis.* ex hoc vero temporis momento annos adhuc decem te, domine, imperium tenere necesse est." quod ita contigit: eo namque die quo plagam accepit, eodem pariter obiit.

Zoe vero, quarta imperatoris coniux, in palatio nondum imperii corona redimita degebat. imperatore ad Botii portum, ut monasterii a Christophoro protovestiario constructi dedicationem celebraret, solemnem processum et comitatum ducente, Agarenorum classem una cum Tripolita adversus Cpolim accedere nuntius significavit: quare classis drungarium Eustathium cum navalibus copiis ducibusque imperator amandat, qui cum vires adversas opponere non valuissent, infecta re domum redierunt. praecesserat ipse Eustathius redux, et

δὲ ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ εἰσῆλθεν μέχρι Παραίου. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ ἀθυμίᾳ γέγονεν, καὶ ἀποστέλλει Ἱμέριον πρωτασηκρῆτιν κεφαλὴν τοῦ στόλου κατὰ τοῦ Τριπολίτου, μὴ τολμῶντων μηδ' ὅλως πλησιάσαι τῷ στόλῳ τῶν Ἀγαρηνῶν. τοῖς δὲ τοῦ θεοῦ κρίμασιν ἀπεστράφη ὁ αὐτὸς Λέων Τριπολίτης, καὶ ἀπῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ταύτην ἐπολιόρκησεν καὶ παρέλαβεν ἅμα τῷ στρατηγῷ αὐτοῦ Λέοντι τῷ Χατζιλικίῳ, καὶ ποιήσας πολλὴν σφαγὴν καὶ αἰ- D χμαλωσίαν. Ῥοδοφύλις δέ τις κουβικουλάριος ἦν ἀποσταλεὶς ἐν Σικελίᾳ διὰ χρείαν τινά, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ χρυσίου λίτρας ἑκατόν. νοσήσας δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ ὁδῷ εἰσῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ πρὸς τὸ λούσασθαι καὶ ἀνακτήσασθαι ἑαυτόν, καὶ ἐκρατήθη παρὰ Λέοντος. διερχόμενος Συμεὼν πρωτασηκρῆτις, ὁ μετὰ ταῦτα γεγονὼς πατρίκιος καὶ πρωτασηκρῆτις, ἀνελάβετο τό τε χρυσίον καὶ τὰ δῶρα, ἅπερ εἴασεν Ῥοδοφύλης ἐν τῇ ὁδῷ καὶ πολλὰ βασανισθεὶς ἐτελεύτησεν. τοῦ δὲ Τριπολίτου βουλομένου τὴν πόλιν καταστρέψαι μαθὼν Συμεὼν δηλοῖ αὐτὸν λαβεῖν χρυσίον καὶ ταύτην ἐᾶσαι. ὃν καὶ πείσας, καὶ λαβὼν λόγον συνεφώνησεν δοῦναι χρυσίον τῷ Τριπολίτῃ τοῦ τὴν πόλιν ἐᾶσαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

Σαμωνᾶς δὲ προφασισάμενος ἐπὶ τὴν μονὴν αὐτοῦ τὰ P. 483

1. ὄπισθεν Anonymus cum Cedreno 13. post Λέοντος Combefisius illa ponit quae paulo infra sequuntur, καὶ πολλὰ βασανισθεὶς ἐτελεύτησεν

ad Paraeum iam penetraverat. quo cognito imperator magno maerore affectus Himerium a secretis praecipuum classis ducem adversus Tripolitam delegat: sed neque ipse ad Agarenorum classem accedere ausus est. secreto vero dei iudicio Leo Tripolita faciem vertit, et Thessalonicam versus abiit, obsessamque una cum civitatis duce Leone Chatzilicio, plurima strage edita captivisque abductis, in potestatem accepit. Rodophyles autem quidam cubicularius ob necessitatem quampiam delatis secum auri libris centum in Siciliam missus fuerat: per viam vero fortuita aegritudine correptus balnearum commoditate usurus et vires recepturus Thessalonicam diverterat; qui etiam a Leone captus est. porro Simeon secretariorum princeps, qui deinde patricius et una a secretis primus extitit, iter agens praedictum aurum et munera per viam a Rodophyle relicta penes se receperat: hic postmodum multis tormentis examinatus vitam finivit. Tripolitae vero Thessalonicensem urbem evertere cogitanti significat Simeon ut aurum accipiat et urbem liberet. eo persuaso, et fide data, de auro Tripolitae dando deque urbe servanda convenit; quod ita praestitum est.

Samonas autem monasterii, cui nomen Spira, ad Damatrym ex-

Σπεῖρα ἐξελθεῖν τὴν ἐν τῷ Δαματρῦ οὖσαν, φυγῇ ἐχρήσατο
ἅμα χρήμασι καὶ ἵπποις αὐτοῦ, τοὺς ἵππους τοὺς δημοσίους
ἀγκυλοκοπῶν. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει ὄπισθεν
αὐτοῦ Βασίλειον ἑταιριάρχην τὸν Καματερὸν καὶ Γεώργιον
τὸν Κρινίτην, τοῦ καταλαβεῖν αὐτόν. τοῦ δὲ Σαμωνᾶ τὸν
Ἄλυν βουλομένου διαπερᾶσαι κατέλαβεν αὐτὸν Νικηφόρος
δρουγγάριος ὁ λεγόμενος Καμινᾶς, οὐκ ἐῶν αὐτὸν διαπερᾶ-
σαι. ἐπεὶ δὲ ὁ Σαμωνᾶς πολλὰ ὑπισχνεῖτο καὶ οὐκ ἔπειθεν,
προσέφυγεν εἰς τὸ Σιριχὰ εἰς τὸν τίμιον σταυρόν, προφασι-
B σάμενος ὡς διὰ πίστιν τοῦ σταυροῦ ἐληλύθει. καταλαβὼν
οὖν Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός, καὶ τοῦτον ἀναλαβόμενος,
ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει. προσέταξεν δὲ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν
μὲν φυλάττεσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ἠρώτη-
σεν δὲ Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς περὶ αὐτοῦ. καὶ μαθὼν
πῶς ἀληθῶς ἐν Συρίᾳ ἔφευγεν, παρηγγύησεν τῷ Δουκὶ μὴ
εἰπεῖν τοῦτο ἐνώπιον τῆς συγκλήτου, ὅτε παρ' αὐτοῦ ἐρωτη-
θῇ, ἀλλ' ὅτι δι' εὐχὴν ἀπῆλθεν ἐν τῷ Σιρίχῳ· ἤθελεν γὰρ
ὁ βασιλεὺς ἀποσυνοψισθῆναι αὐτῷ. προσκαλεσάμενος οὖν
Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς ἔμπροσθεν τῶν ἐν τέλει ἔφη "οὕ-
C τως ἔχεις θεὸν καὶ τὴν κεφαλήν μου. ἔφευγεν ὁ Σαμωνᾶς, ἢ
οὐχί;" ὁ δὲ ὡς εἶπεν πρότερον τῷ βασιλεῖ μὴ ὁρκισθῆναι καὶ
τὸ κελευόμενον εἰπεῖν, ἀκούσας τοὺς ὅρκους ἐξεῖπεν ἐνώπιον
πάντων ὅτι εἰς Συρίαν ἔφευγεν. μετ' ὀργῆς δὲ τοῦ βασιλέως

structi visitandi praetextu, divitiis et equis propriis secum abductis, fuga usus est, et equis publicis omnibus poplitum nervos succidit. eo cognito imperator Basilium Camaterum hetaeriarchem et Georgium Crinitem fugientem insecuturos et apprehensuros misit. Samonam vero Alym fluvium traiicere paratum Nicephorus drungarius nomine Caminas deprehendit nec transmeare permisit. Samonas multa licet pollicitus, cum virum movere non posset, ad pretiosam Sirichorum crucem confugit, fidei, quam ad ipsam habebat, gratia se venisse simulans. his ita gestis Constantinus Ducis filius advenit, et eum secum in urbem reduxit; quem imperator in Bardae Caesaris aede custodiri iussit. porro Constantinum Ducis filium de eo interrogavit; agnitoque eius vero in Syriam recessu, ne hoc coram senatu enuntiaret, si quandoque interrogaretur, commendavit; ac tantum orationis ergo ad Siricha faciendae discessisse affirmaret. cupiebat enim imperator hominem sibi reconciliare. Constantinum itaque coram proceribus advocans ait "ita deum capitisque mei salutem diligas: fugit Samonas an non?" ille vero, ut prius, imperatorem, ne adiuraretur, rogaverat et quae iubebatur promiserat exequi, iuramenti vi compulsus coram omnibus enuntiavit "in Syriam vere fugiebat."

τούτου ἀποπεμψαμένου ἐποίησε Σαμωνᾶς μῆνας τέσσαρας ἐν
τῷ οἴκῳ τοῦ Βάρδα, ἀπεσυνόψισεν δὲ ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ 86
τοῦ βασιλέως. ἐφάνη δὲ τότε καὶ ὁ κομήτης ἀστὴρ τὰς
ἀκτῖνας ἐπὶ ἀνατολὴν πέμπων καὶ φαινόμενος ἐν ἡμέραις καὶ
νυξὶ τεσσαράκοντα.

Ἐγέννησεν Λέων υἱὸν Κωνσταντῖνον ἀπὸ Ζωῆς τῆς τε-
τάρτης αὐτοῦ γαμετῆς. ἐβαπτίσθη δὲ τὰ ἅγια φῶτα ὑπὸ
Νικολάου πατριάρχου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ δεξαμένων αὐ- D
τὸν Ἀλεξάνδρου βασιλέως καὶ Σαμωνᾶς πατρίκιος καὶ τῶν ἐν
τέλει πάντων. γέγονε δὲ τὸν βασιλέα εὐλογηθῆναι μετὰ Ζωῆς
μετὰ τὴν ἑορτὴν παρὰ Θωμᾶ πρεσβυτέρου, ὃς καθῃρέθη.
ἀνηγόρευσε δὲ τὴν αὐτὴν Ζωὴν εἰς Αὐγούσταν. καὶ διὰ
τοῦτο τὸν βασιλέα ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐκώλυσεν
εἰσέρχεσθαι· ὅθεν διήρχετο ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μέρους μέχρι
τοῦ μιτατορικίου, μηδ' ὅλως εἰς τὰ κατὰ συνήθειαν διερχόμε-
νος. προεβλήθη δὲ Σαμωνᾶς παρακοιμώμενος διὰ τὸ εἶναι
τῷ βασιλεῖ συνεργὸς πρὸς πᾶσαν παρανομίαν καὶ κακίαν, καὶ
κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἤρξατο μελετᾶν. προσκαλεσάμενοι γὰρ
Νικόλαον πατριάρχην Φεβρουαρίου πρώτῃ, καὶ πολλὰ λιπα- P. 484
ρήσαντες δεχθῆναι, ἐπεὶ πεῖσαι οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀπὸ τοῦ
κλητορίου διὰ τοῦ Βουκολέοντος ἐν πλοίῳ μικρῷ ἐμβιβάσαν-
τες διεπέρασαν ἐν τῇ Ἱερείᾳ, ἀφ' ἧς πεζῇ μέχρι Γαλακρήνων

eoque tunc cum furore ab imperatore retro amandato, Samonas in Bardae domo menses quattuor peregit, et annuo die quo imperator potestatem accepit redeunte reconciliatus est. tunc apparuit cometes radios versus Orientem eiaculans, et dies noctesque quadraginta conspicuus permansit.

Docuerunt etiam sacra oracula, quae consulerentur, futura rerum eventa, expugnationem, eiusdem diem, aerumnas nostras. o propheticam illam perspicuitatem! o illam nec obscuram nec obliquam rerum praedictionem! at nosmet surdi eramus.

Erat tum, sub finem expugnationis, tempus, quo recitantur in ecclesiis capita evangelica, quibus mala Sion recensentur. sanae mentis homines sacram eam recitationem ad urbem spectare suspicabantur. visum tum est duci nostro, utpote de re militari desperanti,

τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ διεγείρειν ὡς οἷον ἀπονυστάζοντας, ἵνα φαίνοιτο τοῖς μὴ συνιεῖσι διὰ πάντων ἡμῶν καὶ προμηθέστατος. μηνύεται γοῦν ἡμῖν παννυχίδας ἀγρυπνητὰς ἐπιτάξαι περὶ τοὺς μεγάλους ναούς, παίζων ἐκεῖνος κἀνταῦθα· τί γὰρ καὶ ἔδει προτρέπειν εὔχεσθαι ὅπερ ἐκεῖνος ἀπηύχετο, τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως; ἦν δέ οἱ ἐπίνοια ὁσιοῦσθαι τὸ εὐσεβεῖν καὶ ἐπικρύπτειν τὴν ὄρεξιν, ἵνα δοκῇ πάνυ περιποιεῖσθαι τὴν πόλιν ἐφ' ἅπασιν εἴ γε θέλει καὶ εὐχὰς τὰς ὑπὲρ αὐτῆς· οἶμαι δέ, καὶ ἐνδεικνύμενος οὕτω καταστῆσαι τὰ τῆς πόλεως ὡς εὐχῶν καὶ μόνων αὐτὴν δέεσθαι, ὅμοιον ὡς εἰ καὶ ἰατρὸς κατεργασάμενος ἔκ τινος φαυλότητος ἐπὶ θανάτῳ ἄνθρωπον, εἶτα ἐπιτάσσει προσκαλεῖσθαι ἱερέα ἐφοδιάσοντα ἤδη θνήσκοντα σωστικῷ ἁγιάσματι. οὐδὲ γὰρ ἦν ἐπιπόλαιος ἀλλὰ καὶ λίαν βαθὺς εὐτραπελεύεσθαι, ὅσα γε πειράσασθαι τοῦ ἀνδρὸς τοὺς δεινοὺς γνωματεύειν ἤθη τῶν οἷς ἂν περιτύχωσι. διὸ καὶ ταύτην προσεποιεῖτο τὴν θεοκλίτησιν, ὡς οὐκ ἂν τὸ θεῖον θεραπεύοιτο. ὅπως δ' ἂν εἶχε τὸ πρᾶγμα, ὁ μὲν εἶπεν, οἱ δ' ἐκκλησιαστικοὶ ἐπήκουον. καὶ δὴ χρεὼν προλάμπειν τοῦ ψάλλειν τὸν γλυκὺν μελῳδὸν Δαυίδ, ἐπῆλθεν οὔτι κατὰ αἴσιον τοῖς δεησομένοις (ἦν δὲ βαθὺς ὄρθρος τότε, οὗ λαμφθέντος ἡλίῳ ἑάλωμεν) ἐπιλέξασθαι ψαλμὸν ἐκεῖνον οὗ κατάρχει μὲν τὸ "ὁ θεός, ἤλθοσαν ἔθνη εἰς

12. προκαλεῖσθαι T

de nostris rebus statuere, nosque tanquam dormitantes excitare, ut videretur hominibus imperitis prudentia prae nobis omnibus praestare. significavit certe nobis, ut lumina perpetua in magnis templis disponeremus, ne id quidem non ludibundus. quid enim excitare nos debebat, ut precaremur, quod ipse deprecabatur, salutem urbis? at cupiebat ille simulare pietatem, dissimulare animi consilia, quo urbem omni modo tueri videretur, quippe qui etiam vota pro ea suscipi vellet. atque illud quoque, opinor, significabat, eo urbem iam deductam esse, ut solis precibus egeret, pariter ac si medicus, qui errore aliquo hominem in extremum discrimen vitae adduxerit, sacerdotem arcessi iubeat, ut is moribundum sacro prosequatur viatico. namque homo minime simplex, sed admodum versutus erat, quantum quidem illum cognoverunt viri eximii ad perspicienda ingenia eorum, quibuscum versantur. unde etiam dicis causa istam instituebat supplicationem, qua perfecto nemo coluerit numen divinum. utut autem res erat, imperabat ille, ecclesiastici obediebant. quum autem cantioni praeludere oporteret suavem vatem Davidem, inciderunt precaturi haud fausto omine (erat autem tum multum mane, quo luce solis illustrato urbs capta est) in psalmum illum, qui ita

τὴν κληρονομίαν σου," ἐφέπεται δὲ τὸ "ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου" καὶ τὸ ἑξῆς, μόνον οὐ χρησμῳδοῦντος τοῦ προφήτου καὶ θεοπάτορος δι' ὑποφητείας τῶν ἠθροισμένων εἰς δέησιν, καὶ λέγοντος "τί ἂν ἔτι δεοίμεθα πρεσβειῶν εἰς θεόν, ἔνθα ἐκείνῳ τὰ καθ' ἡμῶν ἀποπέφανται;"

Εἶχεν οὕτω ταῦτα, πλείοσιν ἑτέροις παρασπιζόμενα συγκροτήμασι τῆς τοῦ κακοῦ δηλώσεως. καὶ τοίνυν τῷ συχνῷ τούτων ἅπαντες ἀνεφρονοῦμεν, ὄψιμον συνάγοντες νοῦν καὶ τὸ πρῴην θράσος ἀποποιούμενοι (οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνο θάρσος εἴποιμι ἐλλόγως εἴχομεν), καὶ ἐνοοῦμεν οὐκέθ' ἡμῖν εἶναι φυκτά. οὔκουν ἔφθησαν καταντῆσαι εἰς πέρας αἱ τῶν ἐκκλησιῶν δεητήριοι ἁρμονίαι, καὶ ὁ πόλεμος, ἔτι τῶν ψαλμῶν εἰλουμένων ἐν τοῖς τῶν δεομένων στόμασι, θρήνους παρέβυσε, καὶ εἰς γόους οἰκτροὺς καὶ ἀλαλαγμοὺς Ἅιδου ἀντιπεριέστησε, καὶ εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἀθροισθέντας ἔπτυρε, καὶ τοιαῦτα διέθετο ὥνπερ οἴω μεμνήσεσθαι τοὺς ζῶντας ἐν περ ὀνείροις, εἴπερ οὐ τὰ ἡδέα μόνον προπίπτουσι τῆς καθ' ὕπνον φαντασίας, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ φόβον ἐνδειξάμενα.

Καὶ οὕτως ἐξ ἰδίας ἔχθρας, τῆς τε κατὰ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον καὶ τῆς κατὰ τὸν δοῦκα Δαυΐδ, κοινὸν κακὸν κατέσκηψεν ἀνάπαλιν τῷ γνωματευσαμένῳ πολλὰ τῶν κοινῶν

orditur "deus, venerunt gentes in hereditatem tuum," deinde pergit "inquinaverunt sacrum templum tuum, stragem fecerunt servorum tuorum" et quae sequuntur, propheta et patre dei ore eorum, qui ad preces faciendas congregati erant, tantum non vaticinante, et ita dicente "quid etiamnunc preces faciamus deo, quum ille de rebus nostris decreverit?"

Haec igitur ita se habuerunt, multis aliis stipata indiciis instantis perniciei. quibus omnibus cuncti tandem resipuimus, sero ad sanam mentem redeuntes, pristinamque abiicientes confidentiam (neque enim fiduciam illam dixerim), modesti esse coepimus, et intelleximus, non iam nos effugere posse calamitatem. itaque ad finem nondum perductae erant in ecclesiis cantilenae supplices, quum bellum psalmis, qui adhuc in oribus precantium volvuntur, naenias immiscet, eosque in lamentationes miserabiles et eiulationes Stygias vertit, concione in fugam compulsa, et ita affecta, ut illarum rerum qui vivunt recordaturi sint etiam in somniis, siquidem non suavia tantum menti per somnum liberius evaganti, sed etiam ea, quae terrorem incutiunt, obversari solent.

Ita igitur ex inimicitia privata imperatoris Andronici et Davidis, ducis nostri, communis calamitas civitatem invasit, contra illius sententiam, qui rem publicam saepe inimicitiis privatis restitui dixit,

κατά τινας ἰδίας ἔχθρας λαγχάνειν ἐπανόρθωσιν, καὶ οὐκ εὐ-
φραδὴς ἡμέρα, ἡ τῆς πανωλεθρίας, κατερράγη ἡμῖν· ἣν
ἤθελον μὲν ἐκ τῶν τοῦ καλοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναπληρωμάτων αὐ-
304 τίκα ἐκκοπῆναι, ὁποῖόν τι λελυπημένος καὶ ὁ καρτερικὸς Ἰὼβ
εὔξατο. ἀλλ' ὁ ἐπιτάξας τῷ ἡλίῳ ὁρίζειν τὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ
καθ' εἱρμὸν τὸν ἀπ' αἰώνων ἐξουδενώσει πάντως τὸ τῆς εὐ-
χῆς ταύτης, πεπαιδευκὼς ἄλλως εὔχεσθαι, ἀνθρωπικώτερον.
τὸ γὰρ οὕτω γονυπετεῖν ἐν δεήσεσιν οὐκ ἂν εἴη ψυχῆς μὴ
παραφερομένης οἷς παθαίνεται· ὅθεν καὶ συγγνωστὰ εἰ καὶ
οὕτω λαλοῦμεν. λίθοι γὰρ ἐνταῦθα οὐκ ἂν παθήναιντο, καὶ
ὅσους κατ' αὐτούς. πῶς γὰρ ἄνθρωπος, ἔνθα καὶ τῶν πολε-
μίων οἱ φαινόμενοι θεὸν εἰδέναι καί τι ἔχειν οἴκτου καὶ ἀθη-
ρίωτοι ἐδάκρυον καὶ κατεστέναζον, βλέποντες πόλιν τοιαύτην
οὕτω κατῃκισμένην καὶ ἐζημιωμένην καλοῖς, ἅπερ, εἰ διενε-
μήθη, πλείστην ἂν τῆς οἰκουμένης εἰς εὐδαιμονισμὸν ἐξήρτυ-
σαν; οὐ γὰρ πόλις ἦν ἡ ἁπλῶς, ἀλλὰ μακάρων γῆ, ὁποίαν ὁ
μαθὼν οὐκ ἂν ἔχοι λαθέσθαι αὐτῆς· ἣ θάλλουσα ἐσαεὶ τοῖς
κατὰ κόσμον καλοῖς ἐξήνθησε τότε ἀτημελήτοις νεκροῖς, ὧν καὶ
εἰσέτι σώματα ἀκηδέα κεῖται ἐν παραβύστοις, ἀνδρῶν, γυναι-
κῶν, νηπίων ἀκμαίων, μεσαιπολίων, γερόντων, εἰπεῖν τὸ ἀη-
λεέστερον, παρειμένων ἢ καὶ ἄλλο τι οἷνος παθόντων ἀποτυχίᾳ
φύσεως, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ὁπηδήποτε νοσοκομουμένων, οἷς

diesque nobis illuxit nefastus, dies extremae perniciei: qualem diem ex temporum suavi vicissitudine illico excisum velim, ut graviter afflictus patientissimus ille Iob precatus est. verum is, qui solem anni deinceps vicissitudines absolvere inde a rerum principio iussit, aliter nos precari docuit, et ad nihilum utique redacturus est talis voti humanam imbecillitatem. namque ita flexis genibus precari mentis foret dolore abreptae: unde etiam ignoscendum est, si ita loquimur. namque lapides fortasse et qui sunt lapidum similes hic non lamententur vehementius; homines autem quomodo abstinuerint, quando etiam ex hostibus ii, qui deum sentire et habere aliquid misericordiae et non plane ferarum instar esse videbantur, lacrimabantur et ingemiscebant, quum urbem tam eximiam ita turpatam spoliatamque cernerent opibus, quae apte distributae magnam terrarum partem beare posse viderentur? neque enim illa simpliciter urbs fuit, sed beatorum terra, quam qui semel vidisset, oblivisci nunquam posset. verum, quae omnibus semper bonis terrestribus floruerat, obsita tum erat cadaveribus insepultis, e quibus etiamnunc multa in locis desertis dispersa iacent, virorum, mulierum, infantium, iuvenum, natu grandium, et, quod inprimis miserabile est, senum exhaustorum vel aliam miseriam expertorum propter infirmitatem naturae, ipsorumque adeo hominum utcunque aegrotantium,

οὔτε τεῖχος εἶδεν οὔθ' ὅπλον ἔτριψε. τὸν γοῦν ἐκκλησιαστικὸν ξενῶνα εἰσδραμόντες οἱ δεινοὶ καὶ κατὰ σκιῶν ἀνδρίζεσθαι πρῶτον εἰς αὐτοὺς ἀπησχόλησαν τὰ ξίφη, μετὰ δὲ κενὸν τὸ πᾶν ἀφῆκαν ὧν ἐντὸς ἔστεγε, τῶν τε πρὸς ἰατρείαν καὶ οἷς οἱ τληπαθεῖς ἐσκέποντο. καὶ νῦν τὸ τοιοῦτον καλὸν οὐκ ἔχει τινὰ ξεναγωγεῖν, ἀλλ' οἱ πρὸς νοσοκομίαν ἀπονεύοντες ἐρχόμενοι καὶ τὸ κένωμα βλέποντες καὶ τὸ πρὸς ὑγίειαν βοήθημα ὡσεὶ καὶ θανάτου καταγώγιον ἀποτροπιαζόμενοι, τύπτοντες τὰς αὐτῶν κεφαλὰς καὶ οἰμώζοντες ὡς ἐπιτελεύτια ἐπαναστρέφουσιν οἴκαδε, καὶ κεῖνται θανάτῳ ἐπιτρέψαντες ἑαυτούς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἔστι ῥανίδα ἢ ψῆγμά τι νοσήλειον οὐδ' ἄλλοθί που τῆς καθ' ἡμᾶς ἐρημοπόλεως εὑρέσθαι, πάντων ὑπὸ τῶν καὶ ἀγροίκων καὶ ἀπηνεστάτων ἐξηφανισμένων, οἳ οὐδεμίαν χάριν μὴ ὅτι γε καταπλουτοῦντες ἀλλ' οὐδὲ οἶμαι εἰδότες, ἄνθρωποι ἀχαρίστεροι πάντων ὧν ἂν εἴποι τις, καὶ λόγον ἄλλον ἀπειρόκαλοι, καθότι τῷ χυδαίῳ τῆς πολιτεύσεως καλοῦ παντὸς ἦσαν ἀπείρατοι, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἀγαθῶν τὴν καθ' ἡμᾶς πόλιν ἀπωρφάνισαν, ὡς μηκέτι θαυμάζεσθαι τί δήποτε αὐτοὶ κατ' ἀνθρώπων θάνατοι αὐτόχρημα ἐξέβησαν, εἰ δίχα τῶν τοιούτων καὶ ἀλόγων ἀφειδεῖς ἦσαν κατὰ μανίαν τὴν καθ' ἡμῶν, καὶ ἀγγείοις ἐνύβριζον εἰς κατάκλασμα, μέχρι καὶ αὐτῶν λαγύνων καὶ ληκύθων καὶ εἴ τι φαυλότερον.

quos nec moenia viderunt nec arma attriverunt. namque ecclesiasticum hospitium ingressi feroces, adversus umbras dimicaturi, primum enses illorum caede impediverunt, mox autem universum vacuum reliquerunt, quibus instructum erat ad miseros illos tum sanandos tum levandos. neque iam in pulcherrimum illud hospitium quisquam recipi potest, sed aegroti, qui cura indigent, quum accedunt et desolationem vident, illud olim praesidium valetudinis tanquam speluncam mortis aversantur plangentesque pectora et eiulantes tanquam moribundi domum redeunt, iacentque morti se commendantes. nam ne gutta quidem vel pulvis medicus in vastata urbe nostra usquam reperitur, rebus omnibus ab agrestibus illis et inhumanis hominibus deletis, qui gratia non solum affluentes, sed ne tincti quidem ulla, et opinione omnium duriores, quum ceteroquin immodici, tum propter administrationem temerariam commodorum omnium expertes erant, cunctisque illis bonis urbem nostram ita spoliarunt, ut nihil iam mirum sit, visos illos esse ipsius mortis quasi viva effigies, quandoquidem non solum hominibus, sed ne brutis quidem animalibus propter odium nostri pepercerunt, vasisque insultarunt, frangendi quodam furore acti, ad lagenas usque ampullasque olearias, et siquid vilius est.

Οἱ δὲ καὶ ἄλλως εἰς τόσον ἀγροικικῶς εἶχον ὡς μηδὲ ὀφθαλμοῖς ποτὲ διαλαβέσθαι δοκεῖν τὰ σπουδαιότερα. λινέοις γοῦν σπειράμασι καὶ σακκίοις καὶ ῥάκεσιν ἀγαθὰ καὶ πολλὰ καὶ τίμια ἐγκείμενα πρὸς ἔριν ἀναλεγόμενοι τὰ μὲν ἔνδον ἐξερρίπτουν, ἀνοίγοντες τὰ τῶν ἀγγείων στόματα, καὶ συνεπάτουν, τὰ δὲ ἀχρεῖα δοχεῖα εἰς κόλπους παρέβυον, ὀβολιαῖα ὡς τὰ πολλὰ ὄντα. καὶ τοιοῦτοι μὲν οἱ πλείους τὰ πρῶτα ἐν ἀκμῇ τῆς ἁρπαγῆς· ἐπελθόντες δὲ οἱ μετ' αὐτοὺς καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἔτι ἐφορτίζοντο τὰ ἐκκεχυμένα καλὰ καὶ πλοῦτον συνέλεγον. ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ ἀγεννεῖς ἄγροικοι, καὶ οὐδὲν ἀστεῖον πεπαιδευμένοι. τοῖς γοῦν κατ' ἐμπορίαν παρατετυχηκόσι, καὶ εἴτε ἰσχνότερον ἢ πρὸς πάχος δυναμένοις κτᾶσθαι τὰ ἐμπολώμενα, βραχύ τι λαμβάνοντες κατήλλαττον τὰ τῷ βίῳ τίμια. καὶ ἔστι μαθεῖν ὡς διπλοῦς μὲν ὁ χρυσός, ὁ δὲ ἄργυρος καὶ εἰς πολλαπλοῦν πονηροῖς εἰς ἄλλαγμα χαλκείοις προΐετο. βίβλοι δέ, ἃς ἀπολωλεκὼς τις δάκνοιτο ἂν τὴν ψυχὴν διὰ βίου, καὶ φάρεα, οἷς πρὸ τῶν ἄλλων φιληδοῦσιν οἱ Σῆρες, καὶ λοιπὰ ἔργα ἱστοῦ, οἷς ἀραχνῶν μίτος ἐρίσειεν ἄν, καὶ ὅσα δὲ ῥίζαν γενέσεως φέρουσι σκώληκα ἐργάτην τρυφεροῦ μηρύματος, οὐδ' αὐτὰ ἐφολκὰ ἦσαν τοῖς μηδὲν εἰδόσι καλόν, ἀλλὰ παρερριπτοῦντο εἰκαίου τιμήματος.

9. ἐγκεχυμένα T

Adeo illi rudes erant, ut ne oculis quidem discernere viderentur praestabiliora. linteis certe fasciis, saccis pannisque conditas res eximias et pretiosas, studiose quum collegissent, ipsas, apertis saccorum ostiis, eiiciebant et conculcabant, misera receptacula in sinus condebant, vix teruncii pleraque. atque ita quidem plerique ab initio in ardore rapinae faciebant; proximi autem post illos, et hos rursus qui secuti sunt, collectis, quae effusae erant, opibus divitias sibi comparabant. erant tamen hi quoque imperiti et agrestes, nec quidquam urbanum noverant. certe quidem iis, qui mercandi causa forte adessent et sive vili sive magno pretio emere possent venalia, res pretiosissimas concedebant, exiguum quiddam numorum nacti. sciendum est enim, duplici auri, multiplici argenti pondere redemta esse vilia vasa aenea. libri autem, quos quis amissos per omnem vitam doleat vehementissime, et vestimenta, quibus prae ceteris gentibus Seres delectantur, et reliqua opera textoria, quorum vix aranea subtilitatem aemuletur, quaeque originem ducunt a vermibus delicatissimi fili artificibus, ne haec quidem, inquam, homines illos omnium artium expertes delectabant, sed proiiciebantur pretio vilissimo.

Παρ' οἷς καὶ ὁ τριγέρων οἶνος διὰ τὸ ἀγλευκὲς ἐξουθενεῖτο οἷα καί τι φάρμακον οὐκ ἀγαθόν· οἵου δὴ οἴνου χρεία καὶ μάλιστα ἦν τά τε ἄλλα καὶ διὰ τοὺς ἐν πληγαῖς. ἐξεχεῖτο γὰρ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ὑγρὸν ὡς εἰς ποταμούς· ὅθεν οὔτε αὐτὸς ἦν οὔτε τι ἀκόλουθον μάλαγμα οὔτε ὁ καθ' εἱρμὸν κατάδεσμος. διόπερ οὐ μόνον κύκλῳ τοῦ τείχους τῶν νεκρῶν κειμένων, καὶ περὶ σύμπαν δὲ τὸ τοῦ τοιούτου κύκλου ἐμβαδόν, οὐκ ἦν ὁ θάπτων, ἀλλὰ καὶ οἱ πεπληγμένοι προσθήκην ἐποίουν τῷ Ἅιδῃ καὶ πράγματα προυξένουν τοῖς θάπτουσιν. ὢ γοῦν ὅσας ἐξεκένωσαν οἰκίας καὶ οἱ τραυματίαι, κατὰ πολυμερῆ ποσότητα ἐκλείποντες. καὶ οὕτω μὲν ὁ γέρων οἶνος ἐκφορὰν ἔπαθε, συντεθνηκὼς οἷον καὶ αὐτὸς τοῖς κινδυνεύσασι κατ' ἔνδειαν αὐτοῦ· ὁ δὲ νεογνὸς ὑπεσκίρτα ζέων καὶ βραττόμενος, καὶ τὸ βράσμα ἦν τοῖς προσιεμένοις καθὰ καί τι ἐμβόημα καὶ ἀπειλὴ βίου ὑπεξαγωγῆς. οἱ γὰρ τούτου ὑποπιμπλάμενοι εἶτα τοῦ τῆς λήθης ἔπινον πώματος, ὃ θάνατος οἰνοχόει, οὐ τοῖς ἡμετέροις μόνοις ἀλλ' — ὃ καὶ προφέρων τῷ στόματι χαίρω — καὶ μάλιστα τοῖς Λατίνοις, οἷς μέγα τι καλὸν αὐτὸς ἐκρίνετο, ἅμα ἐκπιέζουσι χερσὶ σταφυλὰς καὶ ῥοφοῦσι χανδὸν τὸ νεόθλιπτον, ἵνα μηδὲ ταῖς λαγύνοις πρωτείου ὑποδοχῆς ἐκχωρήσωσι. καὶ ὀφείλομεν ἡμεῖς 305
τῷ τοιούτῳ βρασματίᾳ οἴνῳ χάριτας οἷα προσεταιρισαμένῳ κατὰ Λατίνων τὸν θάνατον· ὃν ἐπώτρυνεν αὐτοῖς καὶ τὰ

Ab iisdem vinum vetustius propter insuavitatem contemnebatur tanquam insalubre quoddam medicamentum: quo vino in primis opus erat quum ad alios morbos tum ad sanandos vulneratos. at liquor ille eximius tanquam rivis profusum fluebat: unde nec illa medicina, nec idonea lenimenta, nec apta vincula nobis reliqua erant. quare, quum circa murum cadavera proiecta essent et per omnem aream muro contiguam, non solum nemo erat, qui illa sepeliret, sed etiam vulnerati cumulum tartaro addebant et negotium faciebant sepelientibus. quot enim domos vacuas fecerunt vulnerati, multiplici varietate pereuntes! atque vinum vetustum quidem efferebatur, ipsum quoque quasi exstinctum cum iis, qui propter illius periclitarentur penuriam; vinum recens autem effervescebat, aestuans atque fermentans, eratque fermentatio illa appetentibus quasi vox quaedam et minatio mortis. nam qui illo replebantur vino, quasi potum oblivionis imbibebant, a morte non solum nostris ministratum, sed — quod gaudio exultans dico — Latinis maxime, quibus illud bonum eximium videbatur, quique simul manibus uvas pressabant, et liquorem recens expressum avide hauriebant, ne in lagenas e receptaculo priore effundendum esset. ae gratias debemus fermentanti illi vino, quippe quo Latinis

ὕεια κρέα, οἷς τὰς γαστέρας πλησμίως ἔσαττον. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἐκ βοῶν καὶ τὰ καλὰ σκόροδα, δι' ὧν ὁ καθ' ἡμᾶς κλῆρος ἐσώζετο, καταψάλλων καὶ καρπιζόμενος τὰ ἐς ζωήν, καὶ οὕτω τιννύμενος τοὺς φόνους οἷς ἐκεῖνοι τοὺς ἡμετέρους ἐνέρριψαν, καὶ μακαρίζοντες οὐκ αὐτοὺς ἀλλὰ τὴν νόσον, ἤδη δέ που καὶ τὸν θάνατον κατὰ τοὺς ἀπὸ Γαδείρων, παρ' οἷς ὁ Ἅιδης ἐκτετίμητο, εἰ καὶ μηδεμίαν χάριν οἶδε θάνατος κατὰ τὸν τραγῳδόν.

Τὸν δὲ συχνὸν τοῦτον Λατινικὸν θάνατον αὐτὸς ὁ Ἀλδουῖνος ἐτράνωσε, περίλυπος 'φάμενος ὑπὲρ χιλιάδας τρεῖς μεγάλων αὐτοῖς ἀνθρώπων ἐκ νόσου πεσεῖν. σωρὸς οὗτος ἡδὺς ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ ἀντεσήκου πρὸς τὴν ἐξ ἡμῶν στοιβήν. συναριθμουμένων δέ γε καὶ τῶν ἐν πολέμῳ πεπτωκότων εἴχομεν παραμυθίαν πλείονα· ὁ αὐτὸς γὰρ αἰτιώμενος ἄλογον ἀντιστασίαν ἡμῶν καὶ ζημίαν ἐντεῦθεν τοῦ ῥηγός, ἐξετραγῴδησεν ὑπὲρ τρισχιλίους πεσεῖν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους ἔξω καταπεμπομένων βελῶν, δίχα γε τῶν ἐν προνομαῖς πιπτόντων ἢ καὶ ἄλλως, ὡς ὁ τοῦ πολέμου κύβος ἔρριπτε καὶ ὁ τῆς δίκης τροχὸς κατεκύλιεν, εὔστροφα περιφερόμενος. πολλοὺς δὲ καὶ λιμὸς ἀπῆγεν· ἐστενοχωρεῖτο γὰρ καὶ σφίσι τὰ ἀναγκαῖα.

Καὶ οὕτως ἡμῖν ἐπεσταλάττετο νέκταρ παραμυθίας τῇ

mors parata sit: quam iisdem etiam accelerabant carnes porcinae, quibus ventrem differciebant. similiter etiam laudanda sunt caro bubula et praeclarum allium, quibus ordo noster servabatur, celebrans et usurpans res ad vitam necessarias, atque ita ulciscens caedem, qua illi nostros perdiderant, et laudibus non illos ferens, sed morbum et ipsam adeo quasi mortem, Gaditanorum more, a quibus olim Tartarus colebatur, etiamsi nullam mors gratiam novit, ut 'apud tragicum est.

Frequentem autem illam Latinorum mortem ipse Alduinus declaravit, quum tristis narravit, plus ter mille Latinos validos morbo periisse. acervus iste nobis iucundus erat, etiamsi non compensabat densam e nostris pereuntium multitudinem. adnumeratis tamen iis, qui in bello ceciderunt, consolationem maiorem habebamus. namque idem ille renitendi imprudentiam nostram accusans, et inde repetens regis adversus nos severitatem, querebatur, ter mille amplius telis de muro deiectis occisos esse, praeter illos, qui in eruptionibus aliasve perierant, prout tessera belli cadebat et rota volvebatur iustitiae, facili ruentis impetu. multos etiam fames exstinxit: namque illi quoque angustiis annonae premebantur.

Ita igitur instillatum nobis est nectar solatii imminutione exer-

ὑποκαταβάσει τῆς πολεμίου στρατιᾶς, ἣν οἱ δεξιῶς φιλιωθέντες ἡμῖν Λατῖνοι (πολλοὺς γὰρ ὑπηγόμεθα, πραγματευόμενοι τὰ ἐκ θεοῦ) ἐξεκάλυπτον, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα χιλιάδας πεζῇ ἐπελθεῖν· ὧν χίλιοι μὲν πεντάκις φερέγγυοι ἐμαρτυροῦντο ἱππόται εἶναι πεντήκοντα χιλιάσι Ῥωμαϊκαῖς ἐναντίαι κατὰ τὴν ἐκείνων δόξαν ἀντιδραμεῖν, τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἱπποτοξόται ἦσαν, οἱ δὲ ψιλῆται, καὶ ἄλλως δὲ μεθ' ὅπλων χρήσιμοι. συνεπλήρουν δὲ τὸν πολὺν ἐν αὐτοῖς ἀριθμὸν καὶ ἄνδρες, φασί, τοῦ ῥιζίκου, μήτε διάρια λαχόντες ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ ῥηγὸς μήθ' ὑπόσχεσιν, ἐπακολουθήσαντες δὲ τῷ λοιπῷ στρατῷ, εἴ πως τῶν ἔργων συναιρόμενοι τὰ ἐκ τύχης εὕροιεν ἀγαθά. καὶ τοσοῦτοι μὲν τὸ πεζόν, τὸ δὲ ναυτικὸν — ἀλλ' αὐτοὶ δῆλοι κατ' ἀριθμὸν τὸν ὑπὲρ διακοσίας νεῶν, σύν γε τοῖς πειραταῖς, οἳ καὶ αὐτοὶ μηδὲν ῥηγικὸν ἔχοντες τύχης δώροις ἐπέτρεψαν ἑαυτούς· ὑφ' ὧν κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν πιεσάντων ἡμᾶς ἐξεθλίβημεν τῆς ζωῆς καὶ οἱ μὲν θανάτῳ κατεσπάσθημεν, οἱ δέ, τοῦ Ἅιδου τὸ στόμα συγκλείσαντος οἷς οἶμαι κεκόρεστο, ἡμιθνῆτες ἐμείναμεν.

Ἀλλ' ἐνταῦθα παρεκβεβηκότες καθ' ἱστορίας ἀνάγκην ἀναδραμούμεθα πρὸς μικρὸν αὖθις, ἐκφῆναι τὸ καὶ πτωχικὸν καὶ ὑπόπαχυ τῶν κατακλυσμοῦ δίκην παρασυράντων τὰ πολιτικά· οἳ τὰ μὲν τίμια εὐήθως καὶ ὡς οἷα βρεφικῶς

citus hostilis, cuius numerum Latini quidam, quorum callide nobis amicitiam conciliaveramus (multos enim in partes nostras pelliciebamus de rebus divinis disputando), nobis prodiderunt, octoginta plus millia militum terra advenisse: e quibus, quinquies mille iusti nominis equites esse affirmabant, quinquagies mille Romanis ex ipsorum quidem sententia pares; reliqui partim equites sagittarii, partim sive levis sive gravis armaturae pedites erant. aderant autem, qui ingentem illorum numerum complebant, etiam viri, ut dicunt, rizici, qui neque stipendia a rege nec promissa accipiebant, sed reliquum exercitum comitabantur, si forte sibi rerum sociis fortuna aliquid oblatura esset. atque haec quidem copiae terrestres erant. classis autem manifesto excedebat numerum navium ducentarum, cum piratis quidem qui et ipsi stipendium regium non merebant, sed donis confidebant fortunae. ab his igitur terra marique circumsessi, suffocabamur paene, et partim morte abrepti sumus, partim semianimi, Tartari quippe faucibus satietate, opinor, occlusis, relicti sumus.

At enim a degressione hac pro necessitate historiae facta revertendum est parumper ad significandos tum mendicos tum praedivites quosdam, qui quasi diluvium quoddam bona rei publicae pessumdabant: qui res pretiosas stulte et quasi infantium instar prode-

ἀπεδίδοντο οὗ ἂν τις αὐτοῖς χειρίσειε, τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἢ βραχύ τι παντελῶς ἀνθίστων τίμημα, καὶ μάλιστα τῶν ὅσα ἐξοπλίζει χειρομάχαν πληθύν. ἀλλ' εἶχον αὐτὰ εἰς χύμα προκείμενα αἱ λεωφόροι, τὰ ἐλαιώδη εὐώδη, τὰ στακτὰ εὔοδμα, τὰ ξηρά, τὰ κατὰ νόσων, τὰ πρὸς τρυφήν, τὰ πρὸς βαφήν, τἆλλα οἷς διοικονομεῖται βίος καθάρειος. ξύλον γοῦν εὔοδμον εὑρεῖν ἐκπελέκημά τι αὐτοῖς ἦν ἰδεῖν· ἡ εὐγενὴς ἀσταφὶς ἄνθρακος ἐσβεσμένου τμῆμα ἐφάνταζεν ἐκείνοις· τὸ ῥόδεον στάγμα εἰς ὕδωρ ἀχρεῖον ἐτάσσετο, καὶ τὰ ἄλλα ὧδέ πη παρενοοῦντο, ἵνα μὴ διασκευάζων εἰς πλέον θηριώδη ἀγροικίαν δοκοίην ἀπανθρωπίζεσθαι. καὶ ἦν θαυμάζειν ὡς κρίκων μὲν σιδηρέων καὶ ἡλαρίων καὶ μαχαιριδίων καὶ πυρείων καὶ βελονίων ἐπιμελῶς εἶχον ὡσεὶ καὶ μεγάλων τινῶν, τὰ δὲ ἄλλως ἁδρὰ ποσὶν ἐδίδουν πατεῖσθαι. ἔλυε δὲ τὸ θαῦμα ἡ κατ' αὐτοὺς ἀπειρία καὶ τὸ πρὸς βίον ἥμερον καὶ πολιτικὸν ἀνέθιστον.

Ἐντεῦθεν οὖν κατὰ τὴν Κερκυραίαν παροιμίαν ἦν ἐπιλέγειν αἰσχρῶς καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς πόλει τὸ ἀπευκταῖον ἐλεύθερον, ὡς ἐξὸν ὂν καὶ ἐν ταύτῃ ἀποπατεῖν, ὅποι ἐθέλει, τὸν βουλόμενον. οὐκ ἂν δέ τις ἐπ' αὐτῆς ἀφυῶς εἴποι καὶ ἐρημίαν μεγάλην εἶναι τὴν μεγαλόπολιν, καὶ ἐρημίαν οὐ Σκυθῶν, οὐ μὴν οὐδὲ Λατίνων τῶν ἑλόντων, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν, οἳ ψυγέντες ἁμαρτιῶν βαρυτάτῳ χειμῶνι ἔρημον τηλικαύτη

bant pretio quocunque oblato, rebus ceteris autem, illis maxime, quibus multitudo pugnae cupida instrui posset, aut nullum aut admodum exiguum pretium constituebant. itaque in plateis varia copia dispersa erat, olea fragrantia, odores suaves, suffimenta, medicamenta, instrumenta luxuriae, pigmenta, cetera, quibus vita delicata eget. ligna fragrantia certe si quis reperisset, assulas esse putabant; eximia uva passa particula carbonis iisdem videbatur; odores rosei pro vili aqua habebantur, atque ita reliqua omnia perperam iudicabantur: nolo enim amplius feram illam imperitiam depingere, ne ipse videar humanitatem exuisse. mirum autem erat, quam cupide annulos ferreos, clavulos, cultros, igniaria, acus, tanquam magnum quiddam, conquirerent, res eximias et pretiosas pedibus calcari paterentur. sed mirationem tollebat magna eorum ignorantia ac vitae clementis et urbanae imperitia.

Possim hic turpe illud proverbium Corcyraeense de libertate detestabili in urbem nostram transferre, in qua similiter licebat ventrem reddere, ubicunque placuisset. etiam haud inepte quis magnam hanc urbem magnum desertum appellaverit, desertum illud non Scytharum, nec vero eorum, qui illam expugnarunt, Latinorum, sed no-

πόλιν ἀφέντες ἐθέμεθα, καὶ τὴν Σικελικὴν Σκύλλαν ἐπηγαγόμεθα. εἴθε μὲν οὖν Σκύλλαν, ὀλίγαις ἡμᾶς κεφαλαῖς ζημιώσουσαν. ἄρτι δὲ Χάρυβδις ἡ ἐκεῖθεν κατέσπακεν ἡμᾶς, ὀλέθριον ἀναῤῥοιβδήσασα.

Καὶ ἦν μὲν ἐνταῦθά μοι τόπος θρήνων κατάρξαι καὶ ἀποιμώξασθαι τὰ ἐφ' ἡμᾶς κακά· οὔτε δὲ γέροντι τὰ τοιαῦτα προσευπορεῖται, καὶ οὐδὲ θεοῦ ἐπίσκοπος τοιούτοις λόγοις πρέπων ἐστίν, ἀλλ' ἢ μόναις εὐχαριστίαις καὶ δόξῃ τῇ εἰς τὸν ὕψιστον, ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ τὰ ἡμέτερα. τί δὲ δὴ κωλύει ἓν γοῦν τοῦτο μόνον εἰπόντα με πεπαύσεσθαι, ὡς εἴ τις ἐρεῖ μὴ ἂν ἰδέσθαι πω τὸν ἥλιον ἄλλοθι μείζω πάθη, οὐκ ἂν ἔξω λόγου ἀπισχυρίσαιτο; καὶ εἴπερ εὑρήσω τὸν ἀντιπεσούμενον, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ αἰδέσομαι εἰς λαλιὰν οὔτε τὸ βαθὺ γῆρας οὔτε τὴν ἐπισκοπήν, ἀλλ' ἐνστήσομαι, καὶ ἐπαγωνισάμενος οὐκ ἂν πόῤῥω σκοποῦ τὸ τῆς ῥητορείας βέλος ῥίψαιμι.

Τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα, εἴ τι χρὴ τραγῳδικῶς συν- 306
τελέσαι τὸν λόγον, ἔνθα τὸ πάθος τραγῳδίας ἄξιον καὶ οὔτε λόγῳ καθ' ὅλον οἷόν τε παραστῆναι οὔτε κατὰ ἔργον φέρεσθαι. εἴη δὲ μέχρι τοῦδε λωφῆσαι τὸ πᾶν, μὴ καὶ ἀκούσωμεν καὶ αὐτοὶ ὡς οὐκέτι ὁ τοῦ θεοῦ καθ' ἡμῶν θυμὸς ἀπεστράφη, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑψηλὴ καὶ οἷα τε κατενεχθεῖ-

2. εἶτε T

strum ipsorum, qui frigore peccatorum gravissimo oppressi urbem tam eximiam deseruimus desolatamque reliquimus, Sicula Scylla introducta: imo vero fuisset illa utinam Scylla, paucis nos capitibus mulctatura; sed ipsa nos Charybdis corripuit, in perniciem cunctos pessumdatura.

Atque est quidem hic locus lamentandi et miserias nostras deplorandi: sed nec seni talis molestia imponenda est, nec episcopum tales decent declamationes, sed solae gratiarum actiones laudesque dei omnipotentis, ex quo et per quem sunt omnia nostra. quid tamen impedit, quominus hoc unum certe commemorem, haud perperam illum iudicaturum esse, qui solem nullam unquam adspexisse miseriam graviorem dixerit. cui quidem opinioni si quis obloqui voluerit, tum vero a declamando neque senectute neque episcopatu prohiberi me patiar, sed acriter repugnabo, nec a scopo me aberraturum esse telo orationis confido.

Talem res illa exitum habuit, si quidem sententia tragica orationem concludi oportet, quoniam calamitas tragoedia digna est, neque aut verbis prorsus attingi, aut re ipsa ferri potest. utinam autem omnis hic miseria cessaverit, ne audiamus posthac, nondum vertisse

σα πατάξαι εἰς θάνατον. οὐκ ἀκουσόμεθα δέ, μένειν θεοῦ καθ' ἡμῶν, εἴπερ διορθωσόμεθα. διόρθωσις δὲ ἡμῖν ἔσται, εἰ μεταβαλώμεθα τοῦ περιπονήρου βίου, δι' ὃν ἡμῖν ταῦτα· μηδένα γὰρ νοῦς πλανάτω φίλαυτος, ὡς οὐκ ἐνδίκως πεπονηλατήμεθα.

Πρῶτος οὖν ἐγὼ πρὸ ὀφθαλμῶν ἱσταμένους τοὺς τῶν ἐμῶν κακιῶν ἐλέγχους ἀναθεωρῶ, καὶ ποτνιῶμαι θεοκλυτῶν περὶ ἐλέους θεοῦ, καί πως ἐκ τοῦ δικαίου ἔφεσιν πρὸς τὸ φιλάνθρωπον τίθεμαι, μὴ ἔχων ὑφίστασθαι, εἴπερ ἀνομίας παρατηρεῖ κύριος. μεταβλητέον οὖν ὅσον τάχος. οὐκέτι γὰρ οἱ πλείους, ὡς βλέπω, μεταβολὴν τὴν χρηστοτέραν ἠλλάγμεθα. μενοῦνγε φιλοτιμούμεθα καὶ αὐτοὶ λέγειν "ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμεῖς· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν," ὡς μηδενὸς ἡμῖν φαῦλον ἐπιψηφισαμένου μηδέν; ὢ τῆς ἐν ἡμῖν δυσαισθησίας (μή μοι δὲ γένοιτο καὶ ἀναισθησίας εἰπεῖν) ἐν τῷ μὴ τὰ αἴτια καὶ κατασκέψασθαι καὶ ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι, ἀφ' ὧν ἡμῖν κατεβρέχθη κεραύνια κακά, δι' ὧν ἐκτεφρωθέντες πληγὰς ἐνετρίβημεν ὥσπερ οὐκ ἂν οὐδ' εἰς μακροὺς ἐνιαυτοὺς ἀπαλθησόμεθα.

Εἰσὶ δὲ ταῦτα (οὐ γὰρ ὀκνήσω καὶ πάλιν τὸ τοῦ λόγου χειρισάμενος ἄροτρον ἀναπολῆσαι τὴν κατ' ἐμὲ πνευματικὴν ταύτην γῆν καὶ τὸν θεῖον σπόρον, ὡς εἴθισται, καταβαλεῖν) οἱ φθόνοι, τὸ πρεσβύτατον κακόν, τὸ τοῦ καλλίστου ζώου

dei adversus nos iram, sed elatam etiamnunc paratamque esse manum eius ad prosternendos nos. non audiemus autem, irasci nobis deum, si restituti erimus. restitutio autem erit, si relinquamus vitam scelestam, propter quam ista nobis acciderunt. namque neminem fallat mens sui amantior, ac si immerito afflicti fuerimus.

Primus ergo ipse oculis obversantia peccatorum meorum documenta reputo, atque supplex rogo deum misericordem, et quodammodo a iustitia ad gratiam provoco, quippe qui subsistere nequeam, si delicta respiciat deus. mutanda igitur est mens quam citissime. namque plerique, ut video, nondum experti sumus mutationem salutarem. an dicere audebimus "en nos rursus: quis est dominus noster," acsi nemo possit ullius nos peccati arguere? vae surdastras (absit ut dicere debeam surdas) aures nostras, quod non sentimus removemusque causas, unde fulmina in nos delapsa sunt terribilia, quibus contriti et plagis afflicti sumus, quas ne multorum quidem annorum spatio prorsus sanare poterimus.

Sunt autem (neque enim cunctabor, orationis rursus aratrum capessens, hunc meum agrum spiritualem arare, et semen, ut solebam, coeleste serere) causae illae invidia, malum vetustissimum, et animalis

μέγα αἶσχος', τὸ δεινὸν τοῦ καταπεσόντος ἑωσφόρου θέειον, ὃ συνεφήψατο τῆς ἐν ἡμῖν κακοποιοῦ κεραυνώσεως· οἱ συγγέροντες τῷ φθόνῳ τῦφοι, εἰς οὓς ὁ ὡς εἰπεῖν τυφογέρων δαίμων ἀναβιβάσας ἡμᾶς, καὶ προσκυνηθεὶς ὡς ἐπὶ βασιλείαις τισίν, εἶτα κατέρριψε κάτω βαλὼν τοὺς πολλοὺς καὶ εἰς τάρταρον· αἱ διαβολαί, αἳ τὰς θανασίμους καθ' ἡμῶν ἀπεύθυναν βολάς· τὸ βαθὺ ψεῦδος, οὗ ἕνεκεν ὁ τῆς ἀληθείας θεὸς ἀπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξ ἡμῶν· τὸ φιλοχρήματον, οὗ κατ' αἰτίαν εὖ δεδικαιωμένοι πάντων χρημάτων ἀπεγυμνώθημεν, δίχα γε τῶν καὶ εἰσέτι τῷ φωλεῷ τούτῳ ἐπωαζόντων, κἀκεῖθεν καταθρασυνομένων τῶν μὴ φωλεοὺς ἐχόντων ἔνθα κλινοῦσι τὰς κεφαλὰς (οἳ βλεπέτωσαν μήποθεν ὄφις, ὁποίους χρὴ δεδιέναι, ὑφερπύσας ἀχρειώσῃ αὐτοῖς τὰ τῆς φωλείας ὡς μὴ τελεσφορηθῆναι εἰς νεόττευσιν)· αἱ ἐπὶ δίκῃ συκοφαντίαι, ἃς ὑπερμισήσας ὁ δίκαιος ἐδικαίωσεν ἡμᾶς, οἷς οὐκ ἂν συκοφαντίαν προηγησαμένην ἐπικαλέσαιμεν· οἱ ἐπὶ δανείσμασι μετρίοις ἀσύμμετροι καὶ βαρεῖς τόκοι, οἷς οἱ ἀπάλαμνοι κατεπονοῦντο καὶ ἀπέριττοι καὶ ἀπεριουσίαστοι, οὓς ἐλεήσας ὁ τὰ ἐλαφρὰ φορτίζων θεὸς καὶ τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους προκαλούμενος εἰς ἀνάπαυσιν μάχαιραν κατηκόνησεν ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν, ἀτεκνοῦσαν τοὺς τοῦ τοιούτου τόκου πατέρας, οἳ μηδὲ τὴν ἀρχὴν σπαρῆναι πρὸς πατέρων ὤφειλον· εἰ δὲ καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος τοὺς τοιούτους ἔσχε, καὶ οἴδαμεν καὶ οἴδασι.

praestantissimi magna turpitudo, quasi horrendum fulminis delapsi sulphur, quo flagrabat fulmen nobis exitiosum; tumor invidiae coaevus, nos, ut ita dicam, inflavit daemon tumendi vetustus, adoratusque tanquo quam pro dignitate regia, mox plerosque in tartarum detrusit; calumniae, quae mortifera nobis tela intenderunt; mendacium reconditum, cuius causa deus veritatis avertit a nobis oculos; divitiarum cupido, propter quam merito damnati bonisque omnibus exuti sumus, praeter illos, qui etiamnunc nido huic insident, indeque despiciunt eos, qui non habent, ubi deponant caput: qui videant, ne serpens, quales timendi sunt, surrepat et nidi ova illis perdat, ut pulli provenire non possint; falsae in iudiciis criminationes, quas nimium detestatus deus iniustitiae ultor ultus est etiam eos, quibus falsas illas criminationes non tribuerim; pro credito modico fenus immodicum et grave, quo homines inopes, egeni et pauperes oppressi sunt, quos miseratus deus, qui onus leve imponit, et fatigatos onustosque invitat ad quietem, ensem domi forisque destrinxit, quo liberis privantur talium foenorum auctores, qui ipsi omnino ne debuerant quidem patribus generari: qui tamen timuerintne sibi a praetoribus, tum nos scimus tum ipsi sciunt.

Προσλογιστέον τοῖς φαύλοις ἐν ἡμῖν αἰτίοις καὶ τὸ τῆς φιλίας εὐπεριφρόνητον καὶ οὐ μακρόβιον ἀλλ' ἐφήμερον· ὅθεν κεκινημένοι τὸ ἄγριον βάρβαρον διέθεντο εἰς ἡμᾶς τὰ διὰ βίου θρηνηθησόμενα. συντακτέον τούτοις καὶ τὸ ἀχάριστον καὶ ἁπάσης χάριτος εὐεπίληστον καὶ οἷον θνήσκειν ταχύ, ὡς ἅμα ἠλεῆσθαί τινα καὶ τεθνάναι τὴν χάριν κατὰ τὴν παροιμίαν· διὸ ἥρπασεν ὁ θεὸς ἀφ' ἡμῶν τὰς χάριτας, αἷς ἐκ μακροῦ τὸ καθ' ἡμᾶς λάχος ὡραΐστο. προσγραπτέον καὶ τὸ ἀνηλεὲς ἐπὶ τοὺς βραχύ τι προσκρούοντας, ἐξ οὗ τὸ καταρρῖψαν ἡμᾶς ἄρτι ἀνηλεὲς τὸ δικαιότατον, εἴπερ οὐ μακρά τινα ἡμεῖς ἀλλὰ μυρία προσκεκρουκότες οὐ τοσαῦτα τίνομεν. προσενθυμητέον οὐχ ἥκιστα καὶ τὴν τῶν θείων περιφρόνησιν, τὸ χείριστον, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς γέλων, ἐξ ὧν περιπεφρονήμεθα οὐ πρὸς καταγέλων ἀλλὰ πρὸς ὄλεθρον. ἦ γὰρ οὐκ οἴδαμεν τοὺς ἐν ἡμῖν ὁρογλυφοῦντας τὰ τῶν ἁγίων, καὶ ὑποσπωμένους αὐτὰ εἰς κληρονομίαν, καὶ καυχωμένους ὡς ἐφ' οἷς θεὸς ὑπνοῦν προσποιεῖται αὐτοὺς νηφαλίους ὄντας καὶ πρακτικούς;

Ἀναβάλλομαι περιηγήσασθαι νῦν κατ' ἐξαίρετον καὶ τὰ κατὰ τοῦ πολιούχου ἡμῶν μυροβλύτου, καὶ τὰς θρασείας ἀναιδείας ἐκείνας, καὶ ταῦτα ἐπὶ πράγμασιν ἃ προυκαλεῖτο καὶ ἐγκαλύπτεσθαι, ὧν μάρτυρες ἀπαράγραπτοι καὶ πύλαι περίοπτοι, κολαφθεῖσαι ἀξίναις εἰς βαθύ ποτε καὶ προτιτλώ-

Annumeranda est vitiis miseriae nostrae causis etiam nimis circumspecta et non totius vitae, sed unius diei amicitia: unde excitati barbari feroces facinora in nos ediderunt, quae per omnem vitam deplorabuntur. iungendum iisdem etiam vitium ingrati animi, omnis gratiae expers et mortis instar velox, ut simulac cui contigerit misericordia, emoriatur illa secundum proverbium: quare deus eripuit nobis gratias, quibus diu sors nostra ornata fuerat. addenda severitas adversus quamvis leviter peccantes: unde severitas, quae nos prostravit, iustissima est, siquidem non levia quaedam, sed infinita peccavimus, quorum poenas non pares luimus. nec minime huc referenda est rerum divinarum contemtio, vitium gravissimum, earumdemque dirisio: unde contemtum experti sumus non ad risum quidem, sed ad perniciem. an nescimus fuisse inter nos, qui bona sanctorum violarent traherentque in patrimonium, gloriantes illos, ut quibus deus indormire se simulat, sobriosque eosdem et circumspectos.

Gestio equidem enarrare nunc etiam accuratius de praeside urbis nostrae, qui unguenta exsudat, et insolentia ista impudentissima, idque in rebus quidem, quae opperiendae erant, quarum testes recusari nequeunt et fores undique sunt conspicuae, securibus quondam alte

σαι θράσος ὕψιστον· ἔτι δὲ καὶ τὰς περιέργους συνδρομὰς καὶ καταδρομάς, ἃς τὸ ἔναγχος οἶδε θέρος, εἰς οὐδὲν δέον.

Ἀλλ' ὥστε οὐ τοῦτο δὴ τὸ ἐλαφρὸν δη[λῶ]σαι δίκαιον ἄνδρα, οἷα δύσχρηστον τοῖς δυσαρέστοις, ἀλλὰ καὶ κρύψαι εἰς γῆν· τὸ βαρύτατον προσεπιλεκτέον τοῖς αἰτιατέοις· καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλων ψιθυρισμοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, οἳ βοὰς μάχης ἀφύκτου ἡμῖν ἐπέρρηξαν· τὰς ἐπὶ παραθήκαις ἀποστερήσεις, ὧν ἕνεκεν ἐπεπλουτίσθημεν, εἰ καὶ γελῶσι κἀνταῦθα πάντες οἱ ἔτι ἄνδρες τοῦ πλούτου· τὰς τῶν γραμματίων ἀποπροσποιήσεις, ὧν σταυροῦ τιμίου τύπος προλάμπων εἶτα 307 καὶ μνήμην τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ ἑνὸς καὶ μεγάλου θεοῦ ἐπεισάγει προγεγραμμένην πρὸς ἑκάστου τῶν οὕτω συναλλαττόντων, ὡσεὶ καὶ ὤμνυον· ὅπερ κατ' ἐπιορκίας ἔγκλημα ἐξεπολέμωσεν ἡμῖν φανερῶς τὸν θεόν.

Τί μοι ἀναμετρεῖν τὰ πλείω αἴτια, ἔνθα μὴ πάνυ καιρός; ἀρκέσει μόνον εἰπεῖν ὡς δίκαιος ὁ θεὸς καὶ δικαιοσύνας ἀγαπᾷ. διὸ οὔτε μερὶς αὐτῷ πρὸς τοὺς μὴ τοιούτους, καὶ οὐδ' ἂν ἀνήσει ποτὲ συχναῖς μεθόδοις μετερχόμενος τοὺς ὅσοι τοῖς ἀδικοῦσι συνεξετάζονται.

Δοκῶ μοι, ὦ πολῖται καὶ δι' ὅλων συναεθλευταί, καὶ ὑμεῖς δέ, ὦ νεήλυδες, ἠκριβωσάμην διαγράψας τὰ καθ' ἡμᾶς

percussae et audaciam summam expertae; praeterea de ineptis illis concursibus cursitationibusque, quas aestas proxima vidit, nihil illas utiles.

Verum ut haud oporteat ista quidem leviora commemorari ab homine iusto, quippe quorum mentio inutilis sit hominibus implacabilibus, sed etiam terra obtegi: gravissimum certe recensendum est in causis perniciei nostrae, mutuae de rebus, de quibus minime decebat, susurrationes, quae clamorem certaminis exitiosissimi nobis excitarunt; pignorum interversiones, quibus ditati sumus, quamquam hic illi rident, qui etiamnunc divitiarum amantes sunt; infitiationes pactionum, quibus praelucet venerabilis crucis imago, deinde subsequitur etiam mentio sanctae trinitatis unius et omnipotentis dei ab utroque perscripta paciscentium, pactionemque iureiurando confirmantium: quae res propter crimen periurii deum necessario nobis infestum fecit.

Quid causas miseriae alias multas persequar, ubi deest tempus? sufficiat monuisse, deum iustum et iustitiae amantem esse: quare nullam ille communionem habet cum hominibus, qui ingenio dissimili sunt, neque cessabit unquam variis viis insectari omnes, qui in numero iniustorum deprehendentur.

Videor mihi, cives tum rite nobiscum militantes, tum vos, recens conscripti, accurate et solerter exposuisse res nostras, et quasi imagine

τεχνικῶς, καὶ εἰκόνα ταύτην ἐν ἡμῖν ἀνεστήλωσα διδασκαλικὴν ὧν ἐπάθομεν· καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἄρτι ὄφελος διαβαίνειν εἰς τὸν τῇ ζωγραφίᾳ ταύτῃ ἐπεντρανίζοντα, καὶ μὴν καὶ ἀγαπῶντα· ὡς ὅ γε τὴν ἀκριβῆ διαζωγράφησιν μεμισηκὼς οὐδὲν ἧττον, φασί, καὶ τὴν ἀλήθειαν συνεμίσησεν. οἶμαι δὲ καὶ ὡς εὐλαβητέον, μὴ τῇ περιφρονήσει τῶν ἐνταυθοῖ διεζωγραφημένων καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀπαλειφῇ τοῦ τυπώματος ὧν πεπόνθαμεν, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ἑτέρῳ μεταχρονίῳ ἀρχιζωγράφῳ τῶν τοιούτων πινακογράφημα ἕτερον ἐφ' ὁμοίοις παθήμασιν ἐν ὑμῖν στήσασθαι. εὖ γὰρ ἴστε πάντως ὡς οὐ μίαν πληγὴν θεὸς ἐντήκειν οἶδε τοῖς ἀνεπιστρόφως κακοτρόποις, οὐδὲ εἰσάπαξ, ἀλλὰ πολλὰ βέλη παρ' αὐτῷ ἡ μυνικὴ φαρέτρα κρύπτει, ἐξ ὧν ἀεὶ κατασκοπεύονται αὐτῷ καὶ βάλλονται, συνεκπολεμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ἀρᾶς [τοῦ μυροβλύτου]. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. ἐξελοῦ [δὲ] θλιβομένους ἡμᾶς, καὶ οὕτω δοξαζόμενος κατὰ τὸ "καὶ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἐπικαλέσεις με, [καὶ ἐξελοῦμαί σε,] καὶ δοξάσεις με," τὸν ὄντως ὑπερδεδοξασμένον, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

quadam ostendisse, quae passi sumus; atque necesse est, procedere nos ab ea, quam modo proposuimus, tabula ad eum, qui tabulam curiose intuetur adeoque diligit: quippe qui oderit accuratam imaginem, pariter, aiunt, etiam rem ipsam oderit. cavendum est igitur, ne, quum contemnuntur, quae hic depicta sunt, et propterea deletis extinguendis coloribus imago eorum, quae passi sumus, mox ab alio talium rerum pictore primario tabulam alteram in simili miseria vobis proponi oporteat. bene enim nostis omnes, deum non semel nec nisi unam plagam infligere solere hominibus obstinate flagitiosis, sed multas conditas esse in pharetra eius sagittas, quas perpetuo intendit et emittit, provocatus etiam precibus sancti, qui unguenta exsudat; noli vero in nos, domine, noli in nos illas intendere, sed auge gloriam nominis tui, et libera nos a vexationibus, gloriosus secundum illud "die vexationis tuae profecto invocabis me, et liberabo te, et tu me gloriaberis," qui omnem gloriam exsuperas per omnia saecula.

AD

LEONIS GRAMMATICI

VITAS RECENTIORUM IMPERATORUM

FR. FRANCISCI COMBEFIS Ordinis Praedicatorum

Congregationis S. Ludovici,

NOTAE.

Leonis Grammatici an extet monumentum aliud aut memoria, me latet. fuisse eum supparem illis quorum res gestas prosecutus est, ipsa subscriptio clare indicat. num is ipse sit cuius meminit Cedrenus initio historiae, *Λέων ὁ Καρίας*, coniectura non levis fuerit, cum ipsum Leonis nomen, tum quod alia ac tantisper recentiori manu subiectum extat illi subscriptioni in Reg. cod. *Λέων πρόεδρος καὶ δοὺξ τῶν κιβυραιωτῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κραταιοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως.* adiectum enim hoc ad auctorem designandum sibi quis facile persuadeat. Cibyra Plinio Cariae est, etsi aliis Phrygiae, quae sunt regiones vicinae. at num magis istud Vaticano ac Barberino continuatori anonymo conveniat, quem et Cedrenus praecipue post Theophanem sublegit, haereo. is namque vere imperatoris, atque id primi, familiaris fuit, uti liquet ex prooemio, quo suam illi historiam ac recentiorum imperatorum vitas inscribit, nempe Constantino, qui et primus imperator, etsi eum Romanus ab eo imperator adlectus gradu deiecerat, primumque ipse locum ac gerendae reipublicae auctoritatem summam usurpaverat, ac praeter titulum vix aliud quod sit maiestatis Constantino reliquerat. at nihil vetat fuisse Constantino, ut

erat literarum amicus, domesticos plures seu familiares, quorum ipse studia foveret. vix quicquam Leoni grammatico ac anonymo illi continuatori commune ad usque Basilii Macedonis vitam, quae ipsa non continuatoris anonymi sed ipsius Constantini Basilii nepotis lucubratio est: in reliquis pleraque affinia, plerumque etiam iisdem verbis concepta, aut ex aliis alia facta tantisper mutatis vocibus, ut alterum alterius usum laboribus necesse sit. a fusioribus mihi Notis temperandum, iis duntaxat breviter, quoad licebit, expositis quae lectori moram iniicere possent, sua iam mole importuno fere volumine, ac cum futurum sit ut in sequenti eadem perplura recurrant, aut quibus haec essent illustranda. Leonis Armeni vita, subiecta Theophanis operi, incerto auctore ex Regio producta, prius ipsa recensenda, quae nec ipsa spernenda est.

1 *καὶ λοιπὸν Μιχαήλ*] ita ms cod. qui modus loquendi indicat esse haec ex pleniori historia, ad supplementum aliquod Chronologiae Theophanis, extracta.

2 lacuna facile sarcienda ex Theophane, qui et ipse primo Michaëlis anno coronatum ait eius filium Theophylactum die 25 Decembris: adeoque scriptum sit *εἰς τὰς ἑορτὰς τῶν Χριστοῦ γεννῶν*, nisi auctor affectata brevitate sic locutus est, ut et infra p. 433 Leonem coronasse filium ait *φθασάντων τῶν ἑορτῶν;* iterumque eodem modo loquitur, cum de illius ficta crucis ac imaginis adoratione.

3 *ποιοῦντες μαϊουμάδας*, *Maii kalendas tripudio celebrantes:* de qua profana celebritate Meursius, Lacerda etc.

4 *καὶ λοιπὸν ἰδόντες πάντα*] de hac Orientalium, eorumque Ducis Leonis Armeni defectione non omnes consentiunt. cum auctore facit Ignatius diaconus, ex quo forte acceperit ipse, ut et Cedrenus: *πρὸς τοὺς ἐπὶ Θράκην Οὔννους πόλεμος τῷ βασιλεῖ συγκεκρότητο, ἐν ᾧ τῆς ἥττης Λέων πρωτεργέτης γενόμενος παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν μετ' αἰσχίνης φυγὴν ἐμαιεύσατο.*

5 *τροποῦνται*] *insidias hostibus struere.* familiaris vox Theophani eo sensu *τὸ τροποῦσθαι.* ipse elegantius Theophanes *λογισμοῦ τινος τρόπον*, ait rem Crumum existimasse, *insidiarum quandam struem.*

6 socer cuius deo invisum imperium ait Michaël, Nicephorus est, cuius erat Procopia filia Michaëlis uxor.

7 *ποιήσας ἰδιόχειρον*] ita patriarcha enitebatur, sed non obtinuit Leonis astu deceptus, rem differendam praetexentis in tempus aliud commodius, ac ubi capessivisset imperium, uti multis Ignatius diaconus, nec non continuator Vaticanus.

8 *ἐπιάγουρον*] vocem *ἄγουρον* pro ephebo atque iuvene in aula merente exponit Possinius in Anna Comnena, cuius Alexiad. l. 7 ea vox extat. at vocem *ἐπιάγουρον* iterum invenio in Leone grammatico p. 460 de Basilio Macedone dictam, cum robustus proceroque corpore iuvenis Theophilitzis comitatui adlectus est, quem Constantinus in Basilii vita eiusmodi iuvenum, ac qui pulchri essent, *εὐειδεῖς*, ait fuisse studiosissimum non male hic P. Goar *virili:* at malim, *grandi robustoque.* ibi non placet *agrestem iuvenem:* potius *robustum, fortem, grandem;* de quo statim *οἷον ἄγουρον νῦν ἀπελαβόμεν qualem nunc masculum comitatui adlegi?*

9 *τὸ πάνυ*] nihil est cur redundare existimetur: nec enim novum ut et superlativis adverbia eiusmodi adiungantur.

10 *κόψας καὶ τὴν σοῦδαν*] *vallum latum excisum opponens.* sic p. 416 Nicephorus ambustus dicitur in Bulgaria, *τῷ τῆς σούλας πυρί*: *igne valli,* inquit Anastasius nempe lignis illis quibus Crumus castrā circumsepiverat.

11 *τοῦ καὶ Καβαλίνου*] fecit Leonis haec diligentia ut et patres Constantini istam pseudosynodum accurate refutaverint; quae eorum refutatio, seu potius S. Nicephori eorum nomine, luculenta extat in uno cod. Regio, perquam digna luce.

12 *καὶ Κασυμαθᾶ μαθόντα τὴν γραμμ.*] ego sic reddam, *qui Casymatha ludimagistro grammaticam didicisset, senexque legisperitus ad Sphoracii aedes diversatus esset ac pueros docuisset.* liquet enim unum hic designari Sylaei sive Pergensem episcopum Antonium, qui omnibus his gradibus eam sit adeptus sedem, haeresimque iconomachorum promoverit, non tres diversos, quod sonant verba interpretis.

13 plura Ignatius diaconus de tota hac disputatione in S. Nicephori vita, eiusque exitu ac persecutione ecclesiae illata.

14 *τῶν ἑορτῶν*] amica auctori vox: qua ubique Christi natalem significet.

15 *σκυλῆναι*] *vexari.* habetur ea vox Luc. 7 et 8.

16 *σταυρὸν ἔχων εἰκόνα*] *crucem in quo imago depicta esset*, forte ipsius Christi ex ea pendentis, quam ipsam iconoclastae improbabant. nudam crucem hactenus ii tolerabant, eo mitiores nostri aevi sectariis, non ita quae adiunctas vel appictas imagines haberet. crucem nuper ligneam ferente Graeco hieromonacho vidi, in qua tota fere euangelica historia subtili satis statuario opere effícta extabat.

17 οὔτε ἐπιδιατάσσομαι] ipsa est aliis verbis prima interrogatione S. Nicephori responsio p. 437 : *nihil eorum quae* etc. *nova ordinatione everto.* sic semper vetus fides unaque.

18 διεφορήθη] *difflato humore aut sudoribus resoluto tantisper convaluit.*

19 τὸ συρτὰ] non *silenter* putem, uti redditum: non enim ita peragitur quod tumultuaria militum manu exequendum mandatur: sed *trahendo* apertaque vi patriarchio exportarent, necdum scilicet per aegritudinem ipsum incedere valentem.

20 ἀπέκτεινεν καὶ ἐθαλάσσωσεν] *interemit ac pelago mersit*, ex utroque scilicet ordine. quid velit de revocatis exulibus deficiente codice divinare non possumus.

21 τὸν χαλη.] uno verbo auctor anonymus τὰ ζωδία τοῦ ἱπποδρομίου. draconem intelligo ad circi mare seu aquarum sinum ac fontem.

22 ὁ Ἀμορραῖος] non placet ea vox, nec quod emendatum, ὁ Ἀμωραῖος. melius continuator Vat. ὁ ἐξ Ἀμορίου. quod statim sequitur de remissa tantisper Michaële imperatore excitata a Leone persecutione, egregie Ignatius in vita S. Nicephori exponit, qui et navatam viro sancto operam ut Michaëlem ecclesiae addiceret pulchre describit, deterrendo nimirum ab haeresi decessoris exemplo, qui ita misere in templo vitam abrupisset. quaesitam item Michaëli ἀδιαφορίαν, et ut quod vellet quisque sectaretur, nec alii aliis obloquerentur; eaque silentii conditione Nicephorus sedem reciperet. verum haec tantisper expectanda, ut et laudatus continuator, qui ipse fuse prosequitur quae Leo velut solum acu notat.

23 ἀφ' ὧν] aliter emendem quam interpreti visum [omittit Goarus]; leviorique seu potius nulla mutatione, sed unius duntaxat elementi, quod festinanti scribae excidit, restitutione, ut ἀντὶ τοῦ ἀφ' ὧν, sit Ἄφρων: *cum haud ita pridem Afri ob peccata populi, eorumque qui rerum potirentur impietatem, coepissent res Christianorum in humile cogere, suaeque ditionis facere.* dictum hoc distinctione ab aliis Arabibus, qui pridem in Syria Aegypto ac locis aliis rem labefactassent Romanam. Cedrenus Arabes Hispanos vocat qui Cretam ceperunt aliasque insulas, ipsi nimirum qui et consederunt in Africa ac utraque loca tenebant.

24 προσεκαλέσατο] isthaec eadem pluribus continuator Vat. et ex eo Cedrenus; qui hanc Theophili severitatem non tam iustitiae zelo ascribunt, quam ut ille sibi ab insidiis

caveret subditosque a violenta in principem manu deterreret. Leonis grammatici ratio, ut voluerit ulcisci principem iconoclastam eidem ipse addictissimus haeresi, ieiunior est, cum nec pater illius ab ea abhorreret. summi Theophili rigoris iure dicendo exempla affert plurimumque laudat auctor orationis Dominica τῆς Ὀρθοδοξίας, nobis edita Auct. tom. 2; e quibus hic aliqua refert Leo et sugillat.

25 μετ' ὀλίγον δὲ καὶ μάγ.] paulo haec latius Leo quam continuator aut Cedrenus qui tamen alia addunt scitu digna.

26 illud μετὰ παρακλήσεως exponam ego *obsecrando*, velut scilicet pro iniuria excusando, cuius ille memoria noluerit sedem recipere ac dignitatem, Theophilo interim maioris ecclesiae oeconomi officium imponente; quae officia non minoris erant Graecis quam summa ipsa sacerdotia ac episcopatus, uti fere nostris cardinalitia dignitas atque purpura. gloriantur enim etiamnum clerici maioris ecclesiae velut et ipsi de latere sui antistitis; quem ideo proxime assectari debeant, ac provincialibus ipsis episcopis praeire.

